


ORDO AC SERIES SVMMORVM PONTIFICVM ROMANORVM.

A Sancto PETRO ad CLEMENTEM XI.

Sibi legitimè succedentium,

Patriam cujusq;, tempus Regnandi describens, cum adjunctis Concilijs Generalibus, Schismatibus, Prophetijs Sancti Malachiæ, ac præcipuis cujuslibet Gestis.

Cui adjunguntur:

Series Historica, Sacrosancti Concilij OEcumenici & Generalis Tridentini, ac demum Discursus de Ortu Musicæ:

Omnia in Metrum ad usum Legentium summatim reducta.

Operâ
A. R. P. M. ALANI BARDZINSKI
Ordinis Prædicatorum.

Cum permissu Superiorum.
Anno Domini 1707.

C R A C O V I Æ.
Typis Nicolai Alexandri Schedel S. R. M. Ord: Typogr:

IN STEMMA ILLVSTRISSIMÆ DOMVS;



Scuta ROSIS fulgent resplendet Cassis ijsdem;
Quid sibi portendunt Delphice pande Tripos:
Pando. Polus, Tellus, celebrant sic: Stemma ROSARVM
Hinc Honor, hinc & Odor. Cingit utrumq; TVBA.

ILLUSTRI ac MAGNIFICO DOMINO;
D. ANDREÆ
A ZYDOWO
ZYDOWSKI
Vexillifero Palatinatûs necnon Vice-Capitaneo ac Iudici Officij Supremi Castrensis Cracoviensis,

Domino, Domino & Mecænati Amplissimo

PERPETUAM FELICITATEM.



Mnia diversis Geniis mundana reguntur,
Quæ palato sapiunt, hæc sibi quisq; probat.
Dum tormenta boant, mugitq; fragoribus æther;
Belligeri Martis dextera plaudit ovans.
Dum resonant Cytharæ, suaves modulamine cantus
In Paphijs pratis ludit amœna Venus.
Venatu Sylvæ recreant & lustra Dianam.
Subflavæ Cereri meßis adulta placet.
Versant Agricolæ terras, fabrilia fabri,
Argumenta Sophus, dulce Pöeta Melos.
Litera Sacra juvat Doctores, Iusq; peritos
Implebit Medicis sed Medicina sinum.

Gustibus

PRÆFATIO

Gustibus in proprijs satiatur quilibet ex his
Quisq; minùs sapidos pellit ab ore cibos.
Sic mihi Musarum dum sors Te pandit Amicum:
Hocce per exiguum ferre Poema lubet.
Non quòd sis tantùm condendo Carmine clarus;
Sed quod Te nullum Dogma perenne latet.
Non Te Major erat facundo Tullius ore:
Consilijs rectis dirimis omne Genus.
Iuris Patritij nosti Secreta profunda
Vt Iustus Iudex partibus Æquanimus.
Iustitiæ Cultor, rigidè Servator Honesti,
Nullum respiciens Sanguine, fronte, manu.
Hæc quondam fuerat Salomonis Gloria summa:
Litibus in Dubijs sensa quod æqua tulit.
Historiam calles, confersq; novissima primis
Consilium sanum manat ab ore Tuum.
Mars Te pugnantem novit per tempora multa.
Ejus adornavit Laurea digna Caput.
Te Toga, Teq; Sagum vestivit corpore toto,
Ad quævis sumptus munia Cæsar eris.
Nunquam degenerat Majorum Styrpe Tuorum
Qui meruêre Sibi Stemmata digna Domûs.
Nam Rosa Flos florum, Regum Diademate dignos;
Sit quamvis pungens, floris odore levat.
Hastas dum quidam scribunt afanturq; Sarissas,
Tu quodcunq; facis, nascitur inde Rosa.
Pungens non pungis, delectas, dulcia misces,
Sic facienda mones, non facienda caves,

Candi-

AD PATRONVM.

Candida sinceritas florem Tibi contulit vnum
Sed Virtus plures Strenuitate potens
Cardineum numerum folio subnixa quaterno
Ter geminas Dotes dat Rosa trina Tibi.
Ecce Fidem rectam campus bené denotat albus
In viridi spes est, Ignis amore rubet,
Hinc Prudenter agis, decernis Iusta decenter,
Esq; animo Fortis, Temperiemq; sapis.
Iamq; super Galeam triplex flos scandit in altum
Quem duplex toto clangit in Orbe tuba.
Spargit odore Mythras Roseus flos Pontificales,
Abbatum Baculos, Scutaq; militiæ.
Testantur Sancti Benedicti Claustra Mogielnæ
Abbatem Proavum quæ tenuêre Tuum:
His benè succedit Lublini docta Palæstra,
In qua condignum struxit Adamus Opus;
Vir meritis Magnus, præclarus Marte Togaq;
Sacris ac Physicis dans pia pensa Scholis.
Dominici sobolem justis Is Censibus auxit,
Ad mentem Thomæ cuncta legenda volens.
Horum Te Pietas evexit Honoribus auctum
Sed proprijs licuit plùs meruiße vijs.
Quod benè perspiciens Magni censura Ioannis
A Dapibus lautis Signa ferenda dedit.
Osuetima Patri Vexillum prima dicavit
Tu verò Craciæ bellica Signa tenes.
Heroes Magni nimium gaudere solebant
Quorum pectoribus fidus Amicus eras.

PRÆFATIO AD PATRONVM.

Ergo nec minimum reprobabis in Arte Pôëtam
Quippe Tuo svasu qui pia Scripta legat.
Pontificum Seriem Summorum, tumq; Tridenti
Concilium Magnum, cum modulante Lyra.
Istis adiungas Veteris prœludia Legis,
Quam benè concordat Pagina Sacra, scies.
Historiam breviter constructam mente revolves;
Atq; legens spero haud, increpitabis eam.
Sed dicent aliqui, cur Vatî Carmina dono.
Quorum Censuræ Naso Magister erit.
Quis mel Aristæo? quis Bacho Vina Falerna.
Triptolemo fruges? poma det Alcinoo?
Ast ego non curo perspectâ mente Patroni,
Dixerit hæc si quis, Zoilus ille mihi
Sed Tu suscipias parva cum prole Parentem
Purpureo fucos Flore repelle procul.
Qui degustata moriuntur flore Rosarum,
Nam solis apibus carpere mella datum.
Vivas Nestoreos Annos cum Sorte benigna,
Ducas felices & sine Nube Dies.
Sic vovet & supplex pleno de corde precatur,
Qui sese ad vitam devovet usq; Tibi.

F. A. B. M. P. V.

Fa-

FACVLTAS
A. R. P. M. PROVINCIALIS.

AVthoritate Officij Nostri concedimus A. R. P. M. Fratri ALANO BARDZINSKI Priori Varsaviensi S. HYACINTHI, & Nostro per Masoviam Vicario, Facultatem imprimendi SERIEM PONTIFICVM ROMANORVM, & Sacri OEcumenici Concilij Tridentini, Versu contractam, si prius revisa & approbata fuerit ab Adm RR. PP. Patre Magistro Fratre PETRO DROGOSZEWSKI, & Patre Præsentato Fratre GUNDISLAO BRZEŚCIANSKI Regente Studij Nostri Generalis Varsaviensis, & servatis alijs de iure servandis. In quorum &c. Datum Vratislaviæ 3. Decembris Anno 1705.

Fr. Io: DAMASCENUS LUBIENIECKI M. Provincialis Poloniæ Ordinis Prædicatorum pta pag: &c.

(L. S.)

Fr. HYACINTHUS GRUSZEWICZ Præsen: Prior Elbingensis & Socius mpp.

APPROBATIO
Theologorum Ordinis.

ORdinem Summorum Pontificum à D. PETRO incipientem & terminatum in præsenti Feliciter regnante, CLEMENTE XI, eleganti Carmine redactum in Compendium, Operâ & labore A. R. P. M. ALANI BARDZINSKI Prioris pronunc Conventus Varsaviensis S. HYACINTHI Ordinis Prædicatorum, diligenter perlegi cum omnibus adiunctis, quem cum legitimum esse repererim, ex probatis Authoribus deductum, utilem tum memoriæ, propter Sui Compendium, tum utilem cuivis Romano Catholico, propter haud interruptam Pontificum successionem evincentem Romanam esse veram Christi Ecclesiam, scitu dignum propter descriptas singulares sub quovis Pontifice raritates, Annexam Sacri Concilij Tridentini Historiam adiunctam S. Malachiæ de Pontificibus Historiam, & lætam Appendicem exultantis Ortûs Musicæ; Ideo ut è Prelo auram lucis videat, Typo mandandum Iuremerito Censeo: Datum Varsaviæ in Conventu Nostro Varsaviensi S. HYACINTHI, Die 31. Martij 1706.

Fr. PETRVS DROGOSZEWSKI s. Theol. Magister Ordinis Prædicatorum mpp.

EX

EX Mandato supranominati A. R. P. M. Provincialis, Librum Intitulatum ORDO SVMMORVM PONTIFICVM à Sancto PETRO usque ad CLEMENTEM XI. cum temporibus Regnandi, Concilijs Generalibus, Schismaticibus, Prophetijs S. Malachiæ, ac præcipuis eorum gestis, Tum & Seriem Historicam SacroSancti Concilij OEcumenici & Generalis Tridentini, Nec non Curiosum de Ortu Musicæ discursum, omnia accuratissimè ex probatis Authoribus collecta, ac compilata, & Heroico Carmine compendiosè descripta, labore A. R. P. M. ALANI BARDZINSKI Prioris protunc Conventus Varsaviensis, perlegi, dignaq; luce publicâ tanquam veritati Catholicæ in nullo contraria existimo, Anno Domini 1706. Die 21. Aprilis.

Fr. GUNDISLAUS BRZESCIANSKI M. Regens Studii Generalis Varsaviensis, Ordinis Prædicatorum. mpp.

IMPRIMATVR.

PETRVS PRACZLEWICZ Sacræ Theologiæ Doctor & Professor, Canonicus Cathedralis Cracoviensis, ac in eadem Diœcesi Librorum Ordinarius Censor. Datum in Maiori Collegio Academiæ Cracoviensis, die 18 Novembris, Anno Domini 1706. mpp.



Ad Benevolum Lectorem PRÆFATIO.

Pontifices Summos collectos Carmine Lector
Accipias, sedulâ perlectos mente revolvas;
Scripserunt plures variantes Ordinis Acta;
Sinceriora sequens Marcelli Scripta redegi
Hoc Opus in parvum; conspectus plura docebit
Ipse, Chronologicum quem dixit Nomine Marcel,
Pontificum Seriem complectens Ordine sveto.
Actus Concilij describens Iustinianus,
Abbas Seßorum vitas pro parte ministrat:
Discursum Cytharæ proprio sed Marte peregi,
Ex varijs Libris, Tu Lector suscipe gratus:
Si non ad palatum, Prudens ignosce valeq;.
At priùs explora veteris Præludia Legis.

PRÆ-

✠

IN NOMINE DOMINI AMEN.

PRÆLVDIVM AD SERIEM SVMMORVM PONTIFICVM,

Ex Veteri Testamento, de Regimine ejusdem, vsque ad sepulturam Synagogæ.



CVncta creante Deo consurgit Fabrica mundi,
Protoparens hominũ primus percurrit eandem,
Iura Patris soboles sequitur, Cuneusq; nepotum:
Sed mandata Dei non servans mergitur undis.
Mille ac sexcentis expletis ordine Cursûs,
Et quinquagenis, senisq; fluentibus Annis.
Sic perit omne genus paucos servante Noacho *Diluvium Anno Mundi 1656.*
Quæ mensurantur Patriarchis tempora denis.
Diluvium crescens, decrescens, clauditur Anno.
Dum refluvnt undæ Terras reparante Noacho,
Denis dirigitur Patriarchis Ordine Mundus,
Vndenum Lucas Cainan superaddit ad illos;
Quorum temporibus facta est confusio linguæ,
Septuâginta duæ nascuntur, milleq; gentes;
Viginti & septem linguas dat Linea semi,
At quadringentos populos, senosq; ministrat.
Tres ac viginti Iapheti de germine surgunt
Linguæ, sed populi bis centum sceptra gubernant.
Vinginti atq; duas linguas Cham germinat ex se;
Cum Populis ter centum, Nonaginta quaternis.
Contigit ista lues Terris vivente Phalego.
Phosphorus Illustris post hæc exurgit Abramus,

Abrahæ Nativitas post diluvium Anno 293 mundi 1949.

Electi populi credentûm norma, Parensq́;
Annis bis centum, ac Nonaginta, tribusq́;
Sacra quibus Domino reddebat Melchisedech Rex.
Eius temporibus surgunt ingentia Regna,
Tympana rauca strepunt, nascuntur bella nefanda;
Imperio Regum mundus servire coactus-
Dum septem decades vitæ percurrit Abramus,
Accipit è cælo Domini promissa superna,
Post quæ cum natis decurrit plurima sæcla,
Sexcentos Annos ac quadraginta recensens.

Moysi nativitas post Abraham a 640. Anno mundi 2589.

Ac tandem Moyses Levites nascitur Orbi,
Ægypti mastyx, Iudææ gloria gentis.
Septimus Abrami successor germine Levi,
Quanquam alii dicant decimâ sub styrpe fuisse,
Omissis paucis, quorum sunt nomina fusca.
Vt mos Scripturæ deductus ab ordine Regum,
Et Genebrardus ait pulchrâ paritate laborans.

Iudices eum Moyse ann 497 ad Reges anni mundi 3086.

Percipit Octûaginta Annis mandata superna,
Dux simul & Iudex, reliquis vestigia præbens,
Quos septem atq; decem numerare necesse,
Donec ad Reges gentis delata potestas.
Annos absq; tribus, quingentos, hæc tulit ætas.
Tres ac viginti Reges Iudæa tenebat,
Interrex illis mulier superadditur una,
Tres per se Magni, sub quarto Scisio facta,
Tertius exstruxit Solymis memorabile templum,
Scinditur Israel bis centum prorsus in Annos,
Quinquaginta novem, moderando sceptra superba,
Donec Assyriis substernat colla proterva,
Denis atq; novem submittens Regibus aures.

Abs septẽ,atq; decem quingentos computat annos Reges Iuda anno 483. Captivitas an: mũ 3569.
Iudææ Regnum, Chaldæi præda rapacis.
Hîc surrexerunt præcelsæ mænia Romæ,
Post ter mille Annos,ter centum, ab origine mundi,
Octuaginta dein, currentes ordine iusto.
Per Decades septem servivit capta iuventus,
Sed dimissa manens muros templumq; refecit, a Captivitate ad Machab an: 366.
Pontificum directa manu per tempora multa,
Annos ter centum, sex sexaginta recensens,
Per Græcos vastata dein, mox libera facta,
Sub Macchabæis Regalia sceptra recepit,
Quæ moderata fuit plùs Centum fortiter Annis,
Donec Herodi Romani Sceptra dedissent,
Quo regnante diu natus de Virgine pura Nascitur Christus IESVS an: 4089. juxta Genebrardum.
Salvator IESUS, redimens peccamina mundi.
Annos mille quater mille dum computat Orbis,
Octuaginta novem superaddens ordine Cursûs.
Hunc numerum variant multi, sua sensa sequentes,
Augent,vel minuunt, Genebrardi computus autem
Præ reliquis placuit. iuxta quem scribimus ista
Matthæus Genesim contexuit Heptade senâ, Genealogia Christi.
Quatuor omittens Reges, genesesq; quaternas,
Atq; Booz geminum, quos constat tres viguisse:
Si superos addas omnes ad tempus Adami,
Sexaginta novem numerabis germina Christi.
Quinquaginta citat claros Lex prisca Prophetas,
Percurrens Libros Esdræ, tum tempora Regum.
Nehemias claudit, Samuelq; orditur eosdem.
Quadraginta octo celebres sunt germine Iudæ. Prophetæ
Israel reliquos scissus, Samarisq; ministrat.

Tres in deserto populis arcana canebant,
Istâ qui minimê clausi farragine constant.
Si verum fatear, quot claudit pagina sacra
Insignes Patres, totidem numerato Prophetas.
His successerunt Scribæ, & Pharisaica Secta.
Pontificum series prætendit Nomina plura,
Dempto Melchisedech, per Moysem primus Aaron,
Sunt Triginta unus censendi Tempore primo,
Ad Regnum Iudæ vinclis Babylona reductum.
Ad Machabæos deni sunt atq; Noveni.
In Machabæis numerus conscendit ad octo,
Bis quater Herodis provexit summa libido,
Octodecim reliquos statuit Romana potestas,
Auri pro pretio, nummis mercantibus omne.
Omnes in numero sunt Octuaginta quaterq;
Sepultura Tandem Phinæus clausit Regalia Iudæ.
Synagoga. Quando Petrus summas Christi moderat⁹ habenas,
Christicolas docuit Legalia mittere vana.
Bis senas *Synodus* numerat Iudæa peractas,
Octo sint morum, quærit natalia Christi
Quæ sequitur, Decimam Christus sub Cæsaris Vrbe
Collegit, binâ cædes decernitur ejus,
Præside pestifero sævâ cum gente Caiphâ.
Sic Lex naturæ Patriarchas, Pontificesq;
Insimul exhibuit, Regem usq; ad Melchisedecum;
Fundamenta dedit per Levi Præsbyteratûs,
Pontifices Legis Moysi produxit Aaron,
Ordine Melchisedech Christus Summusq; *Sacerdos*,
Summos Pontifices sapienter providet Orbi
Ad quorum Seriem descendas Lector amice.

SERI-



SERIES SVMM: PONTIFICVM ROMANORVM.

I. PETRVS CHANANÆVS.


CHRISTVS ut ascendit Cœlos de morte triumphans,
Transtulit in Petrum summi jus Pontificatûs.
Quod priùs exercens Solymorum fixus in Vrbe, *S. Petrus Hierosolymæ.*
Concilijs sanxit doctrinam moribus aptam,
Quomodo conversi Gentiles instituendi? *Antiochiæ*
Paucos post Annos descendit ad Antiochenos,
Vrbis constituens Cathedram de nomine celsæ. *Romæ.*
Mox Romam veniens fundavit Sede supremâ
Pastores Summos venturi ad Iudicis horam.
Hîc populos docuit, seductorisq; Simonis
Fraudes detexit, frangentis crura volatu:
Vtq; Pater Summus Generalis in Orbe Magister,
Discipulos misit, varijs qui partibus Orbis
Terras lustrarènt, populos ac Sacra docerent.
Hinc quoq; per Marcum Legatū ad Regna Canopi,
In Patriarchatum Vrbem evexit Alexandrinam.
Quinq, dein post lustra, nec ampliùs enumerata,
Excessit Romæ crucifixus more Magistri,
Sed pedibus sursum tendens ad regna beata,

Hos

Hoc primum bellum Sanctis faciente Nerone.
Hacq; die Paulus gladio cervice revulsâ
Consequitur, comites suscepit gloria cæli.
Pontificis si plena Petri vis tempora nosse,
Invenies Romæ viginti & quatuor Annos,
Ac menses quinos, bis senâ luce secutâ.
Sunt Anni reliqui Solymorum, ac Antiocheni.
Ter denos & sex, plùs vel minùs efficientes.
Nullus Papa fuit, tantis qui viveret Annis,
Ac nec Romanos ullus complevit adusq,

II. LINVS TVSCANVS.

VNdenos Linus Tuscanus vixerat Annos,
Ac binos Menses, viginti tresq; dietas,
Martyrio vitam complevit pro grege Pastor.
Non velata caput mulier, ne limina templi
Transcendat, sanxit, conservans Dogmata Pauli.

III. S. CLETVS ROMANVS

CLetus Romanus bis senis præfuit Annis,
Mensibus ac septem, bina cum luce dierum.
Excitat in Sanctos certamen Roma secundum,
Frixus Apostolus in Cuppa fervente Ioannes,
Romæ, Martyrio complevit tempora Cletus.

IV. S. CLEMENS ROMANVS

SEx Menses totidemq; dies, annosq; novenos;
CLEMENS Romanus Mundi tractavit habenas
Instituit septem Levitas Martyriorum,
Qui scriptis Sanctorum Athletarum acta notarent.
Tandem Roma furit Chersonam mittitur ipse
Marmora secturus, mox & submergitur undis.

Condi-

Conditur Angelicis manibus miracula patrans.
Quatuor hæc Sanctos Pastores computat ætas. Sæculum I: Pontif. IV.
Clemens ut finit, sic & transcendit eandem.

V. S. ANACLETVS *Atheniensis Græcus.*

GRæcus Anacletus doctis descendit Athenis,
Annos ille novem, Menses sex rexerat Orbem,
Atq; dies denos, sepelivit corpora per se
Sanctorum, post quos Martyr migravit ad Astra.

VI. S. EVARISTVS *Græcus aliis Syrus.*

EVaristus adest Græcus, qui sorte novena
Annos enumerans, menses tres, Martyr habetur
Hic sacras Ædes titulis distinxit in Vrbe.

VII. S. ALEXANDER *Romanus.*

Sanctus Alexander Romanus, post decumanos
Annos, ac menses quinos, quibus Vrbe sedebat,
Vigintique dies, Martyr concessit ad urnam.
Hic quod aquæ benedicantur, mandavit ad omnes.

VIII. S. SIXTVS *Romanus.*

SIxtus Romanus nono defungitur Anno,
Mensibus ac denis, coniùnctis octo diebus.
Iussit quadraginta dies jejunia sacra
Servari, vetuit sacra tangere vasa Laicos.
Tandem Martyrio superas evasit ad aurás.

IX. S. TELESPHORVS *Græcus Anachoreta Carmeli.*

VNdenos annos numerare Telesphorus optat,
Atq; novem menses, demptis tribus inde diebus.
Hic fuerat Græcus, vitam traduxit Eremo.
Missam de noctu Christi Natális habere,
Gloria in excelsis, in Missis dicere iussit.

Tandem

Tandem Martyrium ſubiens migravit ad Aſtra.

X. S. HYGINUS *Græcus.*

GRæcus Hyginus erat contentus quatuor Annis,
Abſq; die bina, conſurgit ſæva Tyrannis
In Sanctos rurſus, quâ Martyr Hyginus habetur.
Terra tremit, pereunt miſeranda clade fideles.

XI. S. PIUS I. *Aquilegienſis.*

DAntur jura Pio, genuit quem Aquilegia Mater,
Annos ille novem, Menſes ſex, abſq; diebus
Ternis regnavit, decrevit Paſcha Sacratum
In Prima Domini Feria celebrare fideles.
Mortem prædicens tranſertur ad æthera Martyr.

XII. S. ANICETUS *Syrus.*

EDitus in Syrijs conſurgit Anicetus Oris,
Menſibus ille novem, ſed ſenis abſq; diebus
Ac annis ſeptem completis cæditur Enſe.
Invitat Romam Polycarpum, quem venientem
Vt Pater acceptat, Peſtis graſſatur in omnes.

XIII. S. SOTER *Fundens.*

SOter Fundenſis non plenos quatuor annos
Enumerat, demptis viginti bisq; diebus,
Omnibus ille locis collectâ paupere turbâ,
Suſcipit ejuſdem curam, atq; neceſſa miniſtrat.
Tandem Martyrio, completo migrat ad Aſtra.

XIV. S. ELEUTHERIUS *Græcus.*

GRæcus Eleutherius ter quinos computat annos,
Vigintiq; dies & tres, quos feſta coronat
Illa dies, quando legatos mittit ad illum
Significans Princeps converſum ſe eſſe Britannus

Luci-

Lucius, & Sacro Baptiſmi fonte renatum.
Iam non p'ùs cupiens transmigrat in ætheraMartyr.

XV. S. VICTOR I. *Afer.*

AFer Victor abhinc contentus ſorte novenâ
Annorum Regni, non pleno Menſe duali,
Martyrio complet vitam cervice revulsâ
At priùs ante tamen decernit tempora Paſchæ,
Eijcit à populis anathemate Quardecimanos,
Nec rigidum quamvis omittit Tertulianum. Sæculi II.
Vndenis ætas Paſtoribus iſta referta, Pont: XI.
Quam finit Victor tranſcendens culmina ſæcli.

XVI. ZEPHYRINVS *Romanus.*

OCtodecim Regni Zephyrinus computat Annos,
Atq; dies totidem, Romanis mænibus ortus;
Inter preſſuras vixit, non cœſus ab enſe,
Hæreſis intus eum preſsit ceſſante Tyranno:
Contra quam fulmen vibrans excedere juſsit,
Cum Tertulliâno Montani Dogma nocivum.

XVII. S. CALIXTVS I. *Romanus*

ANnis quinque regit Romanus in vrbe Calixtus,
Adjuncto menſe uno, bis ſenisq; diebus.
Carcere conclvſus complevit tempora vitæ.
Hinc non Martyrij palmâ privabitur ex hoc.

XVIII. S. VRBANVS I. *Romanus.*

ANnos Vrbanus Romanus præfuerat ſex,
Septenos Menſes, junctis quater atq; diebus.
Cæciliæ caſam ſacras convertit in Ædes,
Sacraq; de argento mandavit cudere vaſa.
Quod poſtquam factum, Martyr translatus ad Aſtra.

XIX. S. PONTIANVS *Romanus.*

ROmanus de Ponte regebat quinq; per Annos,
Ac totidem Menſes, cum bis ſenisq; diebus.
Pulſus in exilium complevit tempora vitæ.

XX. S. ANTHERVS *Græcus.*

ANtherus Græcus contentus menſe fit uno,
Attamen inſtituit ſacratis Ædibus Acta
Martyrij Sanctorum interri, tumqve recondi.
Tandem Martyrij palmam percepit ab enſe.

XXI. S. FABIANVS *Romanus*

ANnos ter quinos ſedit, feriasq; quaternas.
Romanus Fabianus, cum ſignante Columbâ
Elegit populus: Levitas ille Minores
Auxit ſeptenos ad Martyrij Acta legenda:
Septem conſtituit Levitas, pauperibus qui
Subveniant, veteri combuſto Chriſmate juſsit,
Ante dies Paſchæ ſacrare novum, atq; recondi.
In feria quinta deſignans hæc facienda.
Transtulit Antheri defuncti Corpus ad Vrbem,
Martyrio flagrans palmam percepit ab enſe.

XXII. S. CORNELIVS *Romanus.*

Schiſma I. Novati & Novatiani contra Corneliũ.
MEnſes per quinq;, ac Annum Cornelius Vrbem
Romanam rexit, Romanus, & enſe peremptus.
Movit ei litem primum per ſchiſma Novatus,
Conſimili partu conflatum voce minutâ.

XXIII. S. LVCIVS I. *Romanus*

LVcius unum Annũ regnans, Menſesq; quaternos,
Atq; dies tredecim Romanus, juſſit ubique
Binos Preſbyteros, Levitas atque trientes
Præſu-

Præsulibus servire sacris, dum Sacra ministrant.
Pestis sæva furit, gladio sed cæditur illc.

XXIV. S. STEPHANUS I. *Romanus.*

ROmanus Stephanus trinis regnaverat annis
Mensibus & totidem, viginti bisque diebus,
Constituit, si quem baptizent Hæreticantes
Huncce rebaptizare nefas sit, lege cavendo.
Martyrium passus decessit more priorum.

XXV. S. SIXTUS II. *Græcus Atheniensis.*

ANnum tantùm unum Sixtus prognatus Athenis
Octodecim demptis Ferijs tractavit habenas,
Inter pressuras damnavit Dogma Sabelli,
Ac veluti reliqui Martyr descendit ad urnam.

XXVI. S. DIONYSIUS *Monachus de Carmelo.*

VNdenis Monachus Græcus Dionysius Annis,
Mensibus ac Ternis, bis septenisque diebus.
Regnavit donec mortalia fata venirent.

XXVII. S. FELIX I. *Romanus.*

ABsq; die, Menses quinos, Annos duales,
Regnans Romanus Felix, decrevit ad Ossa
Martyrium passorum Sanctas dicere Missas.
Damnavit Paulum Samosatenum, atq; Sabellîum.
Tandem Martyrium perpessus abivit ad Astra

XXVIII. S. EUTICHIANUS *de Luna.*

OCto Annos, Menses sex, de Luna Eutichianus,
Atq; dies ternos regnavit, constituitq;
Supra Altare sacrum fruges quascunq; sacrari.
Trecentos sepelivit quadraginta duosq;
Mártyrium passos, Manichæus spargitur Error,

At Sanctus Præsul sævo truncatur ab Ense.

XXIX. S. GAIVS *Dalmata.*

DAlmata bis senis Gajus regnavit in Annis,
Sed, quib⁹ adde dies quinos, Mensesq; quaternos,
Cæsareus de Fratre Nepos, Patrui Ense peremptus
Dum Christi populum divexat sæva Tyrannis,
Ille Sebastianum defendere quosque fideles
Ordinat, efficiens tam Sancto Nomine dignum.

XXX. S. MARCELLINVS *Romanus.*

POst Gaium Marcellinus direxit Ovile,
Octo Annis regnans, septenis absq; diebus.
Occubuit Martyr pensans errata priora,
Quis furor ah sævit! dominatur quanta Tyrannis?
Vno Mense decem tum septem millia cæsa,
Sæculum Cæsareas thermas, populo ædificante fideli.
III. p. P. Ter quinos ætas Pastores tertia poscit.
XV. Quam Marcellinus transcendit quatuor Annis.

XXXI. S. MARCELLVS I. *Romanus.*

MArcellus sedit Romanus quinq; per Annos,
Ac unum Mensem, numerū quibus adde dierum
Quinq; & viginti, totum numerabis ad unguem.
Ad jumenta datus, Lassus descendit ád urnam;
Vinginti ac quinos titulos distinxit in Vrbe.

XXXII. S. EVSEBIVS *Græcus.*

EVsebius Græcus binos sibi computat Annos,
Et Menses octo Ferijs tamen absq; Novenis.
Hic jam Sanctorum cædes lassata quievit.
Sic sub ter denis rubit Pastoribus ensis,
Omnes doctrinam CHristi, vel sanguine fuso

Sanxê-

Sánxêre, âut aliquid perpessi turbinis atri.
Exceptis paucis serie vertente canendis,
Eusebius moritur sævo non tactus ab ense.

XXXIII. *S.* MELCHIADES *Afer.*

AFer Melchiades binis regnavit in Annis,
Mensibus ac totidem, septenis inque diebus.
Post quos completos, tranquillâ morte quievit.
Eî Constantinus donavit grande Palatium
In Cruce salvifica Máxenti colla recidens.
Pax optata venit, pressi gaudete fideles.

XXXIV. S. SYLVESTER I. *Romanus.*

VNo ac viginti Sylvester præfuit Anno,
Mensibus undenis, Romanus, at absque dieta,
Viginti retrahit Breviarium & octo dietas.
Principio regni latitabat ad Antra Soractis,
Donec Cæsar eum quærens revocaret ab illis,
Quem Baptizavit pandens Mysteria Christi.
Concilium Magnum tenuit Nicæa sub illo,
In quo damnatus blasphæmans Arrius ore. *Concilium Generale I. Nicænum contra Arium*
Christi Crux inventa Helenæ quæsita labore,
Tandem morte sua Sylvester cessit ab Orbe.
Summis Præsulibus Romanam contulit Vrbem
Hîc Constantinus, Sedemque reduxit ad ortum.
Vt Genebrardus ait, multis rationibus instans,
Testibus & Magnis hæc Acta probantibus urgens.
Iustinianus idem firmavit robore Donum,
Reges Lombardi subscribunt, jusque Pipini,
Carolus accedit Magnus Pius & Ludovicus
Ottoque Germanus concludit singula quæque.

XXXV. S. MARCVS *Romanus.*

ROmanus Marcus regnavit Mensibus octo,
Adjungens numero viginti unamque dierum,
Ille sacratorem Papæ vestivit amictu
Ornato crucibus, quem vulgo Pallia dicunt:
Qui sacrat, statuens Tiberis sit ad Ostia Præsul.
Armis hic moritur disrupto viscere nequam,
Marcus morte suâ complevit tempora vitæ.

XXXVI. S. IVLIVS *Romanus.*

TEr quinis Annis, septemq; decemq; diebus,
Mensibus ac quinis, tenuit jus Iulius Vrbis.
Concilium sub eo collegit Sardica magnum,
Illius Canones Nicæno substituuntur,
Iddem tanquam sit, nec distingvatur utrumque.
Iudice sub tanto crimen depellitur Atrum,
Devincitque suos hostes Athanasius omnes,
Sic Romæ natus decrevit Iulius almus.

XXXVII. S. LIBERIVS.

TEr quinos Romanus vult Liberius Annos,
Quatuor ac Menses, quibus additur una dierum,
Pellit in Exilium Cæsar Constantius illum;
Extirpare volens Nicænûm dogmata Patrum.
Magnificas Romæ fecit Liberius Ædes,
Maioris Sanctæ communi voce Mariæ.
Sumptum Patricius tantas donavit ad ædes,
Dicitur hîc factum Felicis Schisma secundum.
Attamen ex illis Pastor reputatur uterq;,
Non per se pascens, aliquo sed tempore certo:
Quodq; magis mirum, Sanctis adscriptus uterq;,

Est

Eſt Martyr Felix, preſſuras pertulit alter,
Nempe Petri Cathedrâ pollutos ſtare nefaſtum,
Mutantur ſubitò, emendant errata priora.

XXXVIII. S. FELIX II. *Romanus.*

FElix Romanus Paſtoris munus obivit,
Poſtquam pulſus erat Liberius Vrbe Quirinâ.
Anno, unaq; die, regnans, cum menſe triente.
Hic delendus erat Faſtis, ut Schiſmatis author,
Sed DEVS Omnipotens fieri non pertulit iſtud.
Invento retegens myſteria mira ſepulchro.
Quo ſcriptum fuerat: Felicis Martyris Oſſa,
Et Papæ, per quem Conſtantius eſt Anathema.

XXXIX. S. DAMASVS I. *Luſitanus.*

OCtodecim Hiſpanus Damaſus regnavit in Annis,
Menſibus ac trinis, demptâ ſed luce quaternâ.
Movit ei litem deducens Nomen ab Vrſo.
Concilium primum Conſtantinopolitanum
Hic Generale Macedonium damnavit, & omnes
Errantes contra perſonam Flaminis almi.

Sch. II. Vrſiani Con: Damaſum. Con: Gen: II. Conſtantinop. I. contra Macedonium & alios.

XL. S. SYRICIVS *Romanus.*

ANnis bis ſenis rexit, ferijſq; quaternis
Ac denis, uno cum menſe Syricius Orbem.
Hieronymus Damaſi Manuenſis ab Vrbe receſsit,
Aſt Auguſtinus ſacro baptiſmate lotus.
Romanâ fuerat tellure Syricius Ortus.

XLI. S. ANASTASIVS I. *Romanus.*

QVatuot ad Regnum Romanus Anaſtaſius vult.
Annos, ac unum menſem, tredecimq; dietas.
Stando Evangelium decernens eſſe legendum,

In-

Inflexisque priùs genibus, damnavit & omnes
Errores, quibus Origenes pro parte laborat.
Sac. IV. PP. XI. Vndenis ætas Paſtoribus iſta refulget
Illam finit Anaſtaſius tranſcendit ad altrâm.

XLII. S. INNOCENTIVS I. *Albanus.*

ANnos ter quinos, menſem, denasque dietas;
Innocuus Paſtor regnavit in Vrbe Quirina.
Albanus fuerat Terris prognatus in illis,
Cæſaris Arcadij ſævâ cum Coniuge factum
Damnavit, propter pulſum Chryſoſtomum ab illis.
Romanam poſt hæc Alaricus cœperat Vrbem.

XLIII. S. SOSIMVS *Græcus.*

ANnū Cappadocus Soſimus, Menſeſq; quaternos,
Ac ferias ſeptem regnavit in Vrbe Quirina.
Hic ſtatuit legem, quòd nullus in Ordine ſacro
Promotus maneat, qui non exercuit ante
Officium, dignè prouti decet Inferiorum.
Scripta Auguſtini laudavit, Pelagiumque
Damnavit, juncto Cœleſtio ut Hæreſiarchâ.

XLIV. S. BONIFACIVS I. *Romanus.*

Sch. III. Eulalii. ROmanus ſedit faciens Bona quatuor Annis,
Menſibus ac denis, demptis tribus inde diebus,
Hunc contra Eulalius commovit ſchiſma nocivū,
Fugit Papa timens, Invaſor pulſus ab Vrbe.

XLV. S. CÆLESTINVS I. *Romanus.*

Conc. Seneu. III. Epheſ. contra Neſtorium. OCto Annos, Menſes quinos, Romanus in Vrbe
Quatuor atq; dies poſcit, Cœleſtis alumnus.
Præſide ſub tanto damnavit Neſtorianos
Errores Epheſus, Paſtoribus undique lectis.

Con-

Constructum Templum Sanctæ ſub voce Sabinæ.

XLVI. S. SIXTVS III. *Romanus.*

OCto Romanus Sixtus regnaverat Annis,
Vno menſe minus, Patre hoc regnante catenam
Pontificis Petri defert Eudoxia Romam,
Erigitur Templum, quod dierum vincula Petri.
Collabens Major reparatur Sancta MARIA.

XLVII. S. LEO I. *dictus Magnus Romanus.*

ANnis viginti, undenis ac menſibus, abſque
Binâ luce, Leo Romanus jura ferebat.
Eximius Doctor, cui ſternitur Attila ſævus,
Vandalus ipſe tremens, non audet tecta cremare;
Hoc ſublata manet Confeſſio publica Patre, *Con: Gen: IV. Chal ced. con tra Euti cheum & Dioſcor.*
Chalcedon ſub eo condemnat dogma nefandum,
Eutiches hîc victus, tremuitq; Dioſcorus audax.

XLVIII. S. HILARVS *Sardus.*

Quinque Annos, Menſeſque decem, haud complente dietâ,
Pavit Oves Chriſti de Sardis natus Hilarus.
Correxit Cyclum Paſchalem, ac ædificavit
Diſcipulo Domini, & Baptiſtæ tecta Ioanni,
Tres Magnas Synodos firmavit robore ſummo.

XLIX. S. SIMPLICIVS *ſeu Sulpitius Tiburtinus.*

TIbure Simplicius natus, ſeu Sulpitius ſit,
Annos ter quinos, menſes quinque, atq; dietas
Viginti, Sanctum Chriſti direxit Ovile.
Reſtitit Acacio Conſtantinopolitano,
Qui ſibi Primatum Cleri uſurpabat iniquè,
Cæſaris extinctum præ nomen in urbe Latini;

Italiamq; Odoacer habet, ſub Nomine Regis.

L. *S.* FELIX III. *Romanus.*

ANnos Romanus Felix petit eſſe novenos,
Si demas Feriam Ter Trinam, ad jura regendi.
Perfidiam damnat Zenonis Cæſaris Ortûs,
Suſcipit Imperium Francorum Gallia pugnax,
Auſoniamque Gothi Regali Nomine ſtringunt.

LI. S. GELASIVS *Afer. Eremita S. Auguſtini.*

BIs Afer binos regnavit in Vrbe Gelaſiûs
Annos, ac Menſes octo, ter treſq; dietas.
Scribitur ex Auguſtini deductus Eremo,
Quam Leo & Innocuus Primi firmâſſe feruntur.
Ejus temporibus Benedictus in Orbe refulſit;
Incipiens Monachos jam jam reparare cadentes.

LII. S. ANASTASIVS II. *Romanus.*

SOrte duos Romanus Anaſtaſius petit Annos,
Si ſeptem Feriæ tantùm demantur eidem.
Mandavit per Legatos ad Cæſaris aulam,
Ad Dominum ſvadendo redire errore relicto.
Vniat una fides, jungunt quos Nomina ſecum.

LIII. S. SYMMACHVS *Sardicenſis.*

TEr quinis Sardus regnavit Symmachus Annis,
Sch. IV. Menſibus ac octo, ſublatâ luce quaternâ.
Laurentii contra Symmachum. Ne Papam eligerent decrevit vota Laica,
Nec quiſquam tenet de ſucceſſore legendo,
Dum manet in terris & vivit Papa ſuperſtes.
Schiſma tamen fecit Magnum Laurentius illi.
Sæc. V. PP. XII. Bis ſenos poſcunt Paſtores ſæcula quinta,
Symmachus hæc finit duodenus in Ordine Paſtor

Incipit

Incipit & sextum, dans jura sequentibus Annis.

LIV. HORMISDAS *Italus*.

SOrte novẽ Hormisdas Campanus cõputat Annos,
Atq; dies denos, per quos direxit Ovile.
Discordes ortum, ac occasum conciliavit.
In Fidei rebus, Clodovæus fonte renatus
Francos Pontifici Romano subijcit, & se.

LV. S. IOANNES I. *Tuscanus*.

ANnos per binos rexit, Mensesq; novenos,
Bis septemq; dies Tuscanus gente Ioannes,
A Theodorico missus Legatus in Ortum,
Multa redux passus, conclusit carcere vitam
Inter Martyrium passos hinc connumeratur.

LVI. S. FELIX IV. *Samnis*.

REgnavit Felix Samnis per quatuor Annos,
Octodecimq; dies, adiuncto mense duali.
Sanctorum Cosmæ Damiani struxit is Ædes,
A Christo Nato numerandos jussit & Annos.

LVII. S. BONIFACIUS II. *Romanus*.

VNo Romanus faciens Bona præfuit Anno,
Adde dies binos, Numerus complebitur eius.
Moverat infandum sed Schisma Dioscorus illi,
Prædicat huc Sanctos Pastores Turba Fidelis,
Sunt reliqui sparsim diversâ sorte manentes.

Sch. V. Dioscori cont Bonif. II.

LVIII. IOANNES II. *Romanus*.

NOn per completos in circa quatuor Annos,
Direxit Christi Romanus Ovile Ioannes.
Illius svasu decreverat Atalaricus
Emptores contra Sacrorum jura salutis,

Legibus & Clerum munivit Iustinianus.

LIX. S. AGAPETVS I. *Romanus.*

SAnctus Agapetus Constantinopolitanâ
Vrbe cadit, rexit qui bis sex Mensibus Orbem,
Hic Romanus erat dignis Natalibus ortus.

LX. S. SILVERIVS *Italus.*

QVatuor in circa sedit Silverius Annis,
Campanus, sed eũ Vigilans per schisma removit.
Filius Hormisdæ fuerat Silverius, ast in
Exilium missus, perpessus atrocia multa,
Cæsaris edicto, donec mors atra veniret.

Schi: VI. Vigilii cont: Sylverium.

LXI. S. VIGILIVS *Romanus.*

ET mox successit senis denisq; gubernans
Annis, Romanus *V*igilans, qui Schisma peregit.
Verum hunc Pastorem decrevit Turba Fidelis,
Multa dein passum mandato Iustiniani,
Namq; movens Roma festinans venit ad illum,
Et mox exilians Narsete operante reductus.
In Patriam rediit, Totilas sed ceperat urbem.
Altrûm Concilium Constantinopolitanum
Hoc Pastore fuit condemnans dogmata prava.

Con. Gen. V. Con. II. contr. Euticbianos & Severianos Canones eius non omnes acceptati.

LXII. S. PELAGIVS I. *Romanus.*

PElagius per tres Romanus sederat Annos,
Octodecimq; dies, denis cum Mensibus usq;
Misit eum Totilas pro pace ad Iustinianum.

LXIII. IOANNES III *Romanus.*

ANnis Romanus tredecim stat sorte Ioannes,
Sed bis septenis subtractis inde diebus,
Cardineo Parochos Romanos nomine dixit,

Iam

Iam licèt ante priùs nomen viguiſſet eorum:
Auſoniam ſævè Lombardi depopulati.

LXIV. S. BENEDICTVS *I. ſeu Bonoſus Benedictinus.*

ROmanus Benedictus aut de voce Bonoſus,
Ter quinas Ferias, menſeſq; duos, quater Annos,
Pontificem Summum Romanâ geſſit in urbe.
Dicitur aſſumptus Benedicti de grege Sancto,
Dũ fames atra premit, Lombardi cuncta profanant,
Mittit ei panes de Ægypto Iuſtinianus.

LXV. S. PELAGIVS *II. Romanus. Benedictinus.*

PElagius bis ſex Romanus præfuit Annis,
Menſibus ac trinis demptis tribus inde diebus;
Pertulit ærumnas peſtis graſſantis & hoſtis
Ordine deſumptus Benedicti traditur eſſe.

LXVI. S. GREGORIVS *I. Magnus. Benedictinus.*

VUlt Magnus tredecim regnare Gregorius Annos,
Ac ſenos menſes, ferias ſuperadde novenas.
*I*nſignis Doctor, Romanæ Filius *V*rbis,
De quo multa ſatis: Benedicti Sanctus alumnus:
Teſtantur Libri quanto ſit dignus Honore.
Munia Pontificis fugiens, inventus in antro,
*I*gnea monſtravit latitantem in rupe columna.
Trinos ac denos Paſtores hæc tulit ætas. *Sæc.* VI.
Terminat ac orditur utrumq; Gregorius ævum. PP. XIII.

LXV*II.* SABINVS *Volateranus.*

PEr Menſes Tuſcus dictus de voce Sabina,
Quinque, diemq; unum, Chriſti direxit Ovile.
Garulla lingva ſibi mortem acceleráſſe putatur.
Dextram Munificam Sancti taxando Gregori.

LXVIII. S. BONIFACIVS III. *Romanus.*

MEnſes octonos, tres vigintiq; dietas,
Romanus faciens bona pertractavit habenas.
Quis ſucceſſor erit vetuit dum Papa ſuperſtes,
Ne præſumatur tractari; Cæſar in Ortu
Conſimilem ſtatuit legem, ne Nomina ſumat
Vllus Pontificum, præterquam Papa', Supremi,
Præſul Romanus, Generaliſq; arbiter Orbis.

LXIX. S. BONIFACIVS IV. *Valerienſis. Benedict.*

SEx Annos Menſes octo tredecimq; dietas
Auſonius Chriſti faciens bona pavit Ovile
Cæſar & Phocas donavit Pantheon Ædem
Omnibus hanc Sanctis devotus Pápá Sacrávit
Fertur deſumptus Benedicti de grege ſáncti.

LXX. S. DEVS DEDIT *Romanus.*

PEr Ternos pavit demptis ſed quinq; diebus,
Chriſtiadûm populũ Roman⁹ DEUSDEDIT Annos.
Baſia leproſo dando, ſanavit eundem.
Crux Chriſti Solymis per Perſas rapta remanſit.

LXXI. S. BONIFACIVS V. *Neapolitanus.*

PArtenopæus erat faciens bona in Ordine Quintus
Vnâ qui Feriâ, denis cum Menſibus, atq;
Annis ſeptenis Romanam rexerat Vrbem.
Nuntia dantur ei ſupremo Præſule digna,
Anglia ſuſcepit Fidei Myſteria Sanctæ,
Conſtituit legem, ad ſacras fugientibus Ædes,
Vt ſint immunes pænarum, tanquam ad Aſyllum.

LXXII. S. HONORIVS I. *Campanus Canonicus Regularis.*

Annos

ANnos bis ſenos Campanus Honorius urget,
Magni Auguſtini |clauſtralis de Laterano.
Ac Menſes quinos, demptis tribus inde diebus,
Schiſma per Iſtriacos conceptum ſuſtulit ille,
Septuaginta Annis durans, pacem.q; reliquit,
Reſtituitq; Crûcem vi raptam, Perſa coactus.

LXXIII. SEVERINVS *Romanus.*

IAmq; Severinus regnavit circiter Annum.
Qui Romæ Natus Romanos auxit honore,
Cæſar Papatu ſtabilitum noluit eſſe,
Sed necis officium tantùm quæſivit ab illo,
Namq; fidem contra Cæſar Decreta ferebat.

LXXIV. IOANNES IV. *Dalmata.*

ANnum unum, Menſesq; Novem, ſenasq; dietas
Dalmatica ſedit natus de gente Ioannes.
Cæſaris edictum damnavit, & Hæreſiarchas,
Quos Monothelicas Patres dixère priores

LXXV. THEODORVS I. *Græcus.*

ANnos undenos Græcus Theodorus adimplet,
Vigintiq; dies, Menſes at quinque repoſcit.
Petrum Pontificem Conſtantinopolitanum
Damnavit, ſcribens Decretum Sangvine Chriſti,
Quod lapſus Fidei Myſteria ſancta negaret.

LXXVI. S. MARTINVS I. *Tuſcanus.*

ANnos Tuſcanus quinos Martinus in Vrbe
Sedit, bis ſenoſq; dies, Menſesq; quaternos,
Abſciſſa lingua Martyr defungitur exul.

LXXVII. EVGENIVS I. *Romanus.*

EVgenius ſeno Romanus Menſe regebat,

Viginti ac Ferijs, Martyno iura tenente,
Electus fuerat, dictusq; Vicarius eius,
Annos per binos totos, Mensesq; Trientes,
Ac Ferias quinas Pastoris munia complens.

LXXVIII. VITALINVS *Segritanus.*

MEnses quinq; Annos tredecī, quater absq; diebus
Ausonius Vitaliânus direxerat Orbem.
Ad Petrum scripsit Constantinopolitanum,
Exhortans, Fidei teneat quòd dogmata pura.

LXXIX. ADEODATVS *Romanus Benedictinus.*

SEptem Annos, Menses binos, Romanus in Vrbe
Ac denos septemq; dies, Adeodatus optat.
Traditur ex Benedictinorum germine cretûs.

LXXX. DOMNVS seu DOMNIO I. *Romanus.*

DOmnio Romanus quinis cum Mensibus. atq;
Sorte decem Ferijs, unum sibi computat Annum
Auxit Romanum Clerum, domuitq; Ravennam.

LXXXI. S. AGATHO *Syculus Benedictinus.*

BIs demptis Octo Ferijs per quatuor Annos,
Syculus Agatho Romanâ Sede potitus,
Hic fuerat Benedictinorum ex Ordine sumptus,
Cæsarius vetuit prætendere munera quæq;
Quæ pro Papatu poscebant tempore prisco.

LXXXII. S. LEO II. *Syculus.*

MEnse Leo deno completo, octoq; diebus,
Sycilius moritur, statuens ne munera dentur,
Pro Officijs illis, quæ Sancta Ecclesia confert.

LXXXIII. S. BENEDICTVS II. *Romanus Benedictinus.*

Mensi-

MEnsibus Octonis, denis senisq; diebus,
Sedit Romana Benedictus natus in vrbe,
Hic delectus erat Benedicti ex Ordine sacro,
Hinc libertatem Cleri promovit in omni,
Cæsaribus statuens dare nil, pro munere Papæ.

LXXXIX. IOANNES V. *Antiochenus.*

ANnum unum. ferias vndenas, Antiochenus
Officio in Pastorali petit esse Ioannes.
Corpore semper erat languens, sed mente valebat.

LXXXV. CONON Thrax.

ANnus, si ferias septenas dempseris, unus,
Officij fuerat Thracâ de gente Cononis.
Doctus erat Sacris doctrinis, atq; profanis.
Munera Papatûs usurpat Iustinianus,
Sed Canon vetuit, defendens jura sacrata.
S chismate eum pressit Theodoricusq; Petrusq;,
Sed tamen à Cathedra mansit depulsus uterq;.

Sch: VII. Petri & Theodorici contra Conon.

LXXXVI. SERGIVS I. *Antiochenus Benedict:*

DEnis ac Trinis Annis, cum Mensibus Octo,
Ac tredecem ferijs mundum regit Antiochenus
Sergius, hîc Synodus Constantinopolitana,
Hæreticos Monothelitas proscripsit ab Orbe
Contra hunc Schisma fuit Paschalis cum Theodoro
Sergius at vicit, Benedicti fidus alumnus.
Dicere constituit dum fit communio Sacra,
Agnus Dei, populus quod tunc accepit in usum.
Ætas Pontifices viginti computat ista,
Terminat & post hæc transcendit Sergius illam.

Con: Gen: VI. Conf: III. contra Monotelitas in Canonibus Morum errans.

Sch: VIII: Paschalis & Theodor con: Serb.

Sec: VII. P. P. XX.

LXXXVII. IOANNES VI, *Græcus Benedictinus.*

TRes Annos, Menses binos, bis sexq; dietas,

Græcus Romana regnavit in Vrbe Ioannes,
Hic Sanctus Pastor Benedicti de grege sumptus
Exarchum contra Constantinopolitanus
Cæsar Militiâ bellè munivit eundem.

LXXXVIII. IOANNES VII. *Græcus.*

PEr binos Annos, ferias septemq; decemq;
Ac Menses septem, Regnâsti Græce Ioannes.
Ad te Legatos causâ transmittit Honoris
Brianti Cæsar, prænomine Iustinianus.

LXC. SISINIVS *Antiochenus.*

SIsinius Ferijs viginti, sedit in Vrbe
Romana Pastor Natalibus Antiochenus,
Infirmus semper, patiens sine fine Podagram.

XC: CONSTANTINVS *Syrus.*

COnstantinus eum sequitur gente Assyrianus,
Qui senos Annos, Mensemq; diemq; sedendo.
Mænia Bizanti, visurus vadit ab Vrbe,
Excipit ac illum condigno Cæsar Honore,
Currit ad occursum per septem millia passus.

XCI. GREGORIVS II. *Romanus Benedictinus,*

BIs octo Romanus habendo Gregorius Annos
Pascit, vigintiq; dies, cum Mensibus octo.
Vt Benedictinus Monachatum forte cadentem
Restituit, surgitq; Leo hostis Imaginis omnis,
Ac in claustra furit, tollens claustralia Iura.

XCII. GREGORIVS III. *Syrus Benedictinus,*

DEnis Assyriâ de gente Gregorius Annis,
Mensibus atq; Novem regnat, bis sexq; diebus,
Hic Benedictinis doctè nutritus in arvis,
Hostes Concilio damnavit Imaginis omnes,

Milli-

Millite dum Romam ſtringit Lombardica turba,
Ad Francos mittit, Marcelliq; arma requirit.

XCIII. ZACHARIAS *Græcus Benedictinus.*

ZAcharias Græcus denos ſibi computat Annos,
Tres Menſes, feriasq; decem, quibꝰ imperet Orbi
Ordine de *S*ancto Benedicti traditur ortus.
Regno Francorum removet ſtyrpem Morovæam
Invalidam Sceptris, concedens jura Pipino.

XCIV. STEPHANVS II. *Romanus.*

ELectus Stephanus Romanus ad Orbis habenas,
Poſt Triduum moriens, vix pro Paſtore tenetur.

XCV. STEPHANVS III *Romanus Benedictinus: alijs* II.

QVinq; Annos Stephanus Romanus poſtulat eſſe
Viginti ac octo Ferias pro jure regendi,
Ivit Is ad Francos, unxit Regemque Pipinum,
Vt redijt Romam, Lombardi mænia cingunt,
Libera redduntur propiùs veniente Pipino,
Hunc quoq; lactavit Benedicti Regula Sancti.

XCVI. PAVLVS I. *Romanus.*

MEnſe uno. denis Annis direxerat Orbem
Paulus Romanus, Romanâ ſede locatus.
At Theo jura Phylactus adit, per Schiſmata graſſãs,
Mox tamen expulſus, Paulo ſua jura reliquit, *Sch. IX. per Thephi lactum Ani: Pap:*
Paulus erat Stephani Frater ſic litera tradit.
Lombardi turbis vexârunt pluribus illum,
Affuit at ſemper Franca cum gente Pipinus.
Poſt mortem Pauli, regnandi jura capeſſit
Invaſor reprobus de nomine Conſtantinus,

Mensibus ac tredecim Romana sede potitur.
Sch: X. Constantini. Qui post claustra subit Benedicti clausus in antro.

XCVII. STEPHANUS IV. *Syculus Benedictalijs III*

TRes Annos Stephanus, Menses sex, absq; diebus
Binis regnavit, genuit quem Sycula tellus,
Sed quondam Iuvenem Benedicti Regula fovit.
Movit ei litem Monachus per Schisma Philippus
Schismaticis pulsis stabilivit Imaginis Almæ
Sch: idem ut supra Vt decuit Stephanus cultum: Lombardus ad illum
Accessit Princeps, & verba locutus amica.

XCVIII. ADRIANUS I. *Romanus.*

COmputat Adrianus Romanus tempora multa,
Tres viginti annos, deno Mense secuto,
Conc: Gen VII. Nicænum II. cont: Iconoclastas. Ac septemq; decemq; dies, quibus imperat Orbi.
Magnum Concilium tenuit Nicæa sub illo,
In quo stat cultus decretus Imaginis almæ,
Carolus & Magnus Romanam vadit ad Vrbem,
Iuraq; confirmat Patris concessa Pipini
Præsulibus Sanctis, per quæ donaverat Vrbem.
Romanam Constantinus, pro dote sacratam,
A Longobardis pugnaci Marte receptam.
Atq; revertentem Papæ sub iura suprema
Quod Pater evicit natus stabilivit in ævum.

XCIX. LEO III. *Romanus. Benedictinus.*

ET Leo Romanus viginti computat annos,
Ac Menses quinos, septemq; decemq; dietas
Carolus ornatur per eum Diademate Sacro
Imperij Cæsar Romani: scribitur inter
Sanctos Suisbertus Verdensis Episcopus olim,
Pom-

Pompa ſolenni, Præceſſorisq; Nepotes
Evellunt oculos ipſi, lingvamq; recidunt,
Sed poſt ſanatur, ſanant miracula juſtum,
Sic benè ceſſit ei Benedicti Regula Sancti,
In qua profeſſus Monachum ſine crimine vixit.

C. STEPHANVS V. *Romanus, alijs VI.*

ROmanus Stephanus ſeptenis menſibus addit
Tres Ferias, numerans regnandi tempora pauca
Imperiale decus Ludovico portat ab vrbe,
Ejus Cæſareo cingens diademate Frontem.

CI. PASCHALIS I. *Romanus Benedictinus.*

SEptem Annos, Menſes ternos, bis Octo dietas,
Romanus regnat Paſchalis ab Ordine ſumptus,
Quem Benedictinum proprio de Nomine dicunt.
Cæciliæ Corpus transfert, templumq, reformat,
Cæſareum tibi imponit diadema Lothari, *Sch: XI.*
Poſt ejus mortem Zinzinus Schiſmate ſævit. *Zinzini*

CII. EVGENIVS II. *Romanus.*

TRes Annos, menſes totidem, ſeptem abſq; diebus
Eugenius faſces, Romanus dirigit Orbis.
Ejus conſenſu dat jura Lotarius ampla.
Cæſar, ne præter Canones Electio fiat,
Summi Pontificis, nullus præſumat in illam
Intrare, exceptis quibus eſt conceſſa facultas.

CIII. VALENTINVS *Romanus Benedictinus.*

VNo Menſe Valentinus, denisq; diebus,
Pavit Oves Chriſti, natus tellure Quirinâ.
Quando creatus erat, plaudebant publica vota,
Plebis, tumq; Senatorum, populiq; Quirini.

Hic desumptus erat Benedicti ex Ordine sacro.

CIV. GREGORIVS IV. *Romanus.*

SEnos atq; decem pro sorte Gregorius Annos,
Romanus numerat, quibus attrectavit habenas.
Sch: XII. Ioannis contr: Greg. A Benedictino descendit is Ordine Pastor,
Omnibus instituit Sanctis solemnia Sacra.
At populi pacem turbavit Schisma Ioannis.

CV. SERGIVS II. *Romanus*

MEnsem, ac tres Annos, Romanus Sergius urget,
Cæsareo Ludovici ornavit tempora serto,
Ædes Sacratas spoliavit Gens Machometi
Impia Romanas, perijt sed Naufraga tota.
Hunc dicunt aliqui nomen multasse, relicto
Nomine Baptismi, sed multum decipiuntur,
Non hic nec quartus facto deprenditur isto.
Hoc primus fecit Bissenus voce Ioannes.

CVI. S. LEO IX, *Romanus Benedictinus.*

ANnis Octo Leo Romanus, quinq; diebus,
Mensibus atq; tribus, Pastoris munera gessit.
Nolens Electus, Benedicti de grege Sancto.
Hic, precibus Sanctis fertur mactâsse draconem,
Vrbs nova dicta Leonina ortum accepit ab illo.

CVII. BENEDICTVS III. *Romanus.*

ANnos Romanus Benedictus habendo duales,
Atq; dies denos, Menses sex pavit Ovillc.
Sch. XIII. Anastasij contra Benedictum. Invitus fuit electus, sed Schisma nefandum
Fecit Anastasius, percussit fustibus almum
Pontificem, tandem spoliavit: at ille reversus
Ad sedem, cunctis dimisit crimina plenè.

Hære-

Hæreſis hos inter fæmellam voce *Ioannam*
Conſtituit, verùm mentitur fabula nequam,
Quæ non concordat facti de tempore certo,
Quod Græci, vel quod finxerunt Centuriantes,
Conſule veridicos Annales, omnia noſces
Atq; procul terris removebis anilia dicta.

CVIII. S. NICOLAVS I. *dictus Magnus Romanus.*

MAgnus Romanus Nicolaus præfuit Vrbi,
Sex Menſes, Annoſq; novem, ferias decies bis.
Cæſar erat præſens Ludovicus dum eligeretur,
Dum veheretur equo, frenos ei ipſe regebat.
Hoc Paſtore Fidem ſuſcepit Bulgariæ Rex.

CIX. ADRIANVS II. *Romanus.*

ANnos Adrianus Romanus quatuor implet,
Atq; decem Menſes, ferias ſeptemq; decemq;;
Quàm dignus fuerit, monſtrant cæleſtia ſigna,
Quæ præceſſerunt, quàm electus Papa fuiſſet.
Concilium ſub eo Photium damnavit, & iſtud
Ordine fit quartum Conſtantinopolitanum.

Conc. Gen. VIII, Cõſtant. IV. con. Photium.

CX. IOANNES VIII. *Romanus.*

ANnos per denos, feriam, ſi ſubijcis unam,
Sedit Romanus Romanâ ſede Ioannes.
Romanos fugiens motus, ad Gallica rura
Seceſſit, ſacco ſternens Altaria Petri.
Cæſaribus binis frontes Diademate cinxit,
Carolus unus erat Craſſus, Ludovicus at alter.

CXI. MARINVS I. *ſeu* MARTINVS II. *Gallus.*

Viginti Ferijs, uno Martinus in Anno
Gallus oves Chriſti duxit per paſcua vitæ,

Quæ-

Quædam rescidit Decreta severa Ioannis,
Restituit Sedi Formosum Pontificali.

CXII. ADRIANVS III. *Romanus*.

ANnum, tres Menses, feriasq; decem atq; novenas,
Tertius Adrianus Romanus rexerat Orbem
Eius temporibus vastarunt rura locustæ.

CXIII. STEPHANVS VI. *alijs* V. *Romanus*.

SEx Annos Stephanus Romanus jura ferebat,
Electus fuerat nolens, precibusq; sacratis
Obtinuit, Pelago demergi sorte locustas.
Inter Mendicos dispersit quidquid habebat.

CXIV. FORMOSVS *Portuensis*.

Circiter in senis Annis ad munia Petri
Sedit Formosus, præbet cui Portua Nomen.
Sch XIV. Sergii contra Formosum. Vidonis frontem Imperij Diademate cinxit.
Sergius invasit fasces per Schisma nefandum.

CXV. BONIFACIVS VI. *Tuscanus*.

Tuscanus faciens Bona per ter quinq; dietas
Sedit, Legitimum negat at Baronius illum,
Sch. XV. Bonifacii. Omittuntq; alii, Marcell sed ponit eundem.

CXVI. STEPHANVS VII. *seu* VI. *Romanus Benedictinus*.

INtrusus per vim (Tuscus quod Marchio fecit)
Regnavit Stephanus Romanus quatuor Annis,
Plùs minùs, ac tandem constrictus carcere, cæsus.
Ordine desumptus Benedicti traditur esse,
Sæviit ille super Formosi Corpus iniquè,
Tres scidit digitos, Tyberi demersit & illud,
Attamen extracto dum deferretur ad ædes,

In-

Innocuum monstrans inclinat Imago sacrata.

CXVII. ROMANVS *Galesius.*

Viginti Ferias tantùm, Mensesq; quaternos;
Ad Clavum Petri Romanus sedit Hetruscus,
Attamen intrusum dicit Baronius esse.
Certant de Imperio Ludovicus Duxq; Friuli,
Sed Fortuna favet Ludovico sternitur alter. *Sch. XVI. Rom ani,*
Victorem ornat Romanus Diademate sacro.
Ætas Octodecim Pastores protulit ista
Quam cito transcendit Romanus limite sæcli.

CXVIII. THEODORVS II. *Romanus.*

Viginti Feriæ Romano sunt Theodoro,
Ferrea messis erat, perierunt aurea sæcla;
Obscurus latuit Mundus scriptore carendo.

CXIX. IOANNES IX. *Romanus Benedictinus.*

ANnos tres, Ferias ter quinas, natus in Vrbe
Romanas Claves poscit gestare Ioannes.
Ordine nutritus Benedicti: Ferrea sæcla
Arma tenens audax Dux Berengarius urget;
Imperiumq́, petit Synodus deponit Eundem.
Lambertiq; iubet Diademate tempora cingi.

CXX. BENEDICTVS IV. *Romanus.*

ORbem Romanus binis plùs vel minùs Annis
Pastor direxit Benedictus in ordine quartus.
Pavit, protexit Viduas, inopesq; pupillos.

CXXI. LEO V. *Ardeatinus Benedictinus.*

SEdit quadraginta dies Leo, quem Ardea gignit,
Ordine nutritus Benedicti dicitur esse.
Illum Christophorus conclusit carcere tetro!

CXXII. CHRISTOPHORVS *Romanus.*

SErvit Christophoro Romano in mensibus heptas;
Carcere conclusum Monachi tonsura recepit.

CXXIII. SERGIVS III. *Romanus.*

ROmanus per tres regnavit Sergius Annos;
Marchio Tuscanus per vim suffecit eundem.

CXXIV. ANASTASIVS III. *Romanus.*

SEdit Anastasius Romanus mense duali,
Ac Anno bino, Christi pascendo fideles,
Pontificem Papiæ titulis ornavit Honoris.

CXXV. LANDO *Sabinus.*

SEx Menses, ferias viginti, cumq; duabus;
Pavit oves Christi Lando de gente Sabina.
Certant de Imperio Francus, Teuto, Ausoniusq;.

CXXVI. IOANNES X. *Romanus.*

ANnos in circa bis octo rexit Ovile,
Romana Pastor prognatus in Vrbe Ioannes.
Invasit fasces, finivit carcere vitam.

CXXVII. LEO VI. *Romanus.*

SEx Menses Leo Romanus pro munere poscit,
Ter quinosq; dies, concludens carcere vitam.

CXXVIII. STEPHANVS VIII. *seu* VII. *Romanus.*

MEnse, & ter quinis ferijs, annisq; duobus
Romanus Stephanus Christi direxit Ovile.
Dani, Normandi tincti Baptismate sacro.

CXXIX. IOANNES XI. *Romanus.*

ANnos in circa per quinos voce Ioannes
Pastor Romanus regnavit in Vrbe Quirina.
Carcere per Fratrem proprium conclusus iniquè,

Pallia

Pallia concessit Bizantino Patriarchæ.

CXXX. LEO VII. *Romanus.*

TRes Annos Menses sex, Romanus Leo regnat;
Odo Abbas sub eo MonachorũClaustra reformat.

CXXXI. STEPHANVS IX. *seu* VIII. *Germanus.*

GErmanus Stephanus tres Annos, quinq; dietas,
Quatuor & Menses Romanam rexerat Vrbem.
Romanos latuit sævos fugiendo tumultus,
Composuit Regni Francoıum pace rebelles.

CXXXII. MARTINVS III. *Romanus seu* MARINVS II.

TRes annos, Menses senos, tredecimq; dietas;
Martinus toti Romanus præfuit Orbi.
Composuit Reges, Monachis, Cleroq; reformam:
Adjunxit, fovit mendicos, templa refecit,
Atq; futura sciens donatus voce Prophetæ.

CXXXIII. AGAPETVS II. *Romanus.*

AD septem Menses, annos adjunge novenos,
Ac ferias denas, regnandi tempora nosces,
Per quæ sedit Agapetus Romanus in Vrbe.
Otho Iuvit eum Româ pellendo Tyrannum;
Araldus Danorum Rex Baptisma recepit,
Scribunt Annales factum Slavonibus ıddem.

CXXXIV. IOANNES XII *Romanus.*

TEr trinos Annos præstanti germine cretus,
Pavit Oves Christi Romanus gente Ioannes,
Omnia restituens quæ rapuêre Tyranni.
Hunc proprium Nomen Cæsar mutâsse fatetur,
Se ex Octavıano dici voluisse Ioannem,

Illum ſic reliqui laudando more ſecuti,
Mutatio Nominis Pontificis. Quidquid in oppoſitum confingant Centuriantes
Iuvaſit Cathedram deiectus Schiſmate ſævo,
Sch. XVII. Inter Leonem, Benedictum & Ioannem, Quo Leo jus tenuit, Benedictus, & iſte Ioannes.
Sic Leo tres Menſes Annum ſeptemq; dietas
Se Papam geſſit, delet Baronius illum.

CXXXV. BENEDICTVS V. *Romanus.*

Dum Leo graſſatur Benedictus pulſus ab Vrbe,
Inter Germanos exercet jura per Annum,
Donec fata vocent, preſſuris undiq; ſtrictum.
Martyrio affectum dicit Baronius eſſe.
Hoc Patre ſuſcipiunt ſacrum Baptiſma Poloni.

CXXXVI. IOANNES XIII. *Romanus.*

VNdenos Menſes, annos ſex, quinque dietas
Romanus tenuit Paparum gente Ioannes.
Carcere ſtrinxit eum Præfectus, vindice dextrâ
Otthonis Liber, punitus quiſq; remanſit,
Reddita Pontifici juſto pro jure Ravenna.

CXXXVII. DOMNVS II. *Romanus ſeu Domnio.*

MEnſibus in trinis Romanus Domnio ſedit,
At ſcriptore carens ætas, hæc cætera condit.

CXXXVIII. BENEDICTVS VI. *alijs* VII. *Romanus.*

ANnum, Romanus Menſes ternos Benedictus,
Pavit Oves Chriſti, ſævo proſtratus ab enſe.
Invaſit ſedem faciens bona, ſicq; per Annum
Ac Menſem ſedit, poſt quem depulſus ab Vrbe,
Impius occiſor Benedicti natus in Vrbe
Romana, Franco Ferruti Filius audax.

CIXL. BENEDICTVS VII. *alijs* VIII. *Romanus.*

ORbem Christiadûm ter Trinis rexerat Annis,
Qui fuerat natus Benedictus in Vrbe Quirina,
Hoc Pastore petunt Diademata, Panno, Polonus,
Panno coronatur Stephanus, non Sarmata Miescus.

CXL. IOANNES XIV. *Papiensis.*

MEnsibus octonis regnavit in Vrbe Ioannes.
Papia progenuit, faciens bona depulit illum;
Quatuor & Menses sedit, senasq; dietas,
Marcel quē sequimur nos, Schisma recondit utrūq;.
Nec memorat contra Benedictū quàmq; Ioannem.

CXLI. IOANNES XV. *Romanus.*

PEr Denos Annos, per bis senasq; dietas,
(A quo Sanctorum Fastis adscriptus Vdalric.)
Romanus summâ regnavit sede Ioannes. *Sch. XVIII. Ioannis cont. Ioannem XV. & sequentem Gregorium.*
Invasit sedem Calaber de gente Ioannes,
Ac illam tenuit per Menses usq; quaternos.

CXLII. GREGORIVS V. *Saxo Germanus Bened.*

ENumerat binos sibi Saxo Gregorius Annos,
Ac Menses octo, sex trinâ luce secutâ.
Hunc teneris Annis Benedicti claustra fovebant.
Hinc Electores Romani Cæsaris orti
Otthonis suasu quem, post, Diademate cinxit;
Schisma vetus tenuit Calaber de voce Ioannes.

CXLIII. SYLVESTER II. *Aquitanus Benedictinus.*

SEdit Aquitanus Pastor Sylvester in Vrbe
Romana, regnans in circa quatuor Annos.
Ejus permissu Lechitis concessa Corona,
Quamvis scripta volent Ottho quod contulit illam.

Nullum jus habuit Cæsar, ni Papa dedisset;
Hunc quoq; deductum Benedicti deOrdine tradunt.
Secul X. Sex ac viginti constat Pastoribus ætas,
PP. XXVI. Quâ jus Pontificum Genebrardo testificante;
Per fas atq; nefas audent violare Tyranni,
In Cathedra Petri non dignum quemq; locantes.
Consummat Sylvester eam, mox incipit altrâm.

CXLIV. IOANNES XVI. *dictus* XVIII. *Romanus.*

MEnsibus in quinis Romanus gente Ioannes
Sedit, nil fecit constrictus tempore curto.

CXLV. IOANNES XIX. *Romanus Benedictinus.*

SEnos in circa regnans plùs, vel minùs Annos,
Romanus sedit Romana Sede Ioannes.
Ille reunivit Græcos cum gente Latina.
Vt verus Monachus Benedicti germine sumptus.

CXLVI. SERGIVS IV. *Romanus Benedictinus.*

ROmanus tredecim Feriis, cum Mensibus octo,
Ac Annis binis, direxit Sergius Orbem.
Christiadûm Terris Iudæos depulit omnes,
Hunc etiam Monachû Benedicti Claustra ministrant.

CXLVII. BENEDICTVS VIII. *Romanus Comes Tusculanus.*

ANnos bis senos Romanus rexerat Orbem
Albricus Benedictus, & Hæres Tusculianus,
Sch. XIX. Sed pacem Populi turbavit Schisma Gregori.
Gregor. Adscripsit Fastis Simeonem Treviriensem,
contr. Benedic. Ac Reges Stephanum Patrem, Natumq; Emericum.

CXLVIII. IOANNES XX. *Romanus Comes Tusculanus.*

Mensi-

MEnſibus octo, novemq; Annis, violentus ad o-
Regnavit BenedictiFrater in Vrbe Ioannes (mne
Invaſit Faſces, ſed poſt admiſſus ad illos.

CIL. BENEDICTVS IX. *ſeu* X. *Romanus Comes Tuſculanus.*

VNdenis Annis Benedictus ſedit in Vrbe
Romanus, Frátris Benedicti Filius; ille
In Cathedram puer intruſus vi ac fraude Parentis;
Sangvine cui placuit multos regnare per Annos:
Tandem perſvaſus, Papatum ſponte reliquit.
Schiſma tamen factum Sylveſtri, tumq; *Ioannis*;
A quo deſtiterant perſvaſi voce piorum. *Sch. XX. Sylveſtri & Ioannis.*
Diſpenſam miſit Caſimiro ad Regna redire
Sarmatiæ, quamvis Monachorum vota tenentem.

CL. GREGORIVS VI. *Romanus.*

ANnos eis binos regnare Gregorius audens
Romanus, munus Papatûs ſponte reſignat.
Hic tandem ceſſat Dominorum ſæva Tyrannis;
Quæ Cathedram Petri violabat jure nefando.

CLI. CLEMENS II. *Saxo.*

MEnſibus octonis ſedit, ſeptemq; diebus;
Clemens Bambergæ Præſul, ſed origine Saxo:
Nolens electus, cinxit Diademate Frontem
Cæſaris Henrici, tândemq; in pace quievit.

CLII. DAMASVS II. *Germanus Bavarus.*

VIginti Bavarus Damaſus ferias petit & Tres;
Invaſit ſedem Benedictus, qui fuit ante,
Menſibus ac octo ſedit, ſed jure nefaſto.

CLIII.

CLIII. S. LEO IX. *Germanus Benedictinus.*

VIr pietatis amans, Benedicti ex Ordine Lectus;
Quinq; Annos, Mensesq; duos, octoq; dietas
Alsaticus Leo Germanus direxerat Orbem.
Sanctis adscripsit Volfangum, tumq; Gerardum
Ambos Pontifices, tractavit Bella cruenta
Contra Normandos, victum Miracula salvant;

CLIV. VICTOR II. *Svevus Germanus.*

VIctor Germanus trinis stat circiter Annis,
Germanos petiit, redeundo fata subivit.

CLV. STEPHANVS X. seu IX. Lotaring:
Benedictinus.

OCtonos Menses Stephanus tribus absq; diebus,
Iura dabat, Lotaringus erat de Nomine Gentis.
Ordine desumptus Benedicti prôut Leo Nonus,
Per Synodos plures correxit munia Cleri.

CLVI. NICOLAVS II. *Florentinus.*

SEx Menses, Anniq; duo, sed nulla dierum,
Sunt Florentino Nicolao nomine dicto.
Sch. XXI. Syciliam, calabros, Roberto ac Appula rurá
Mincij In fœudum misit, defunctum turba secuta.
contra Ni- Mincius invasit Sedem, cessitq; coactus.
colaum,

CLVII. ALEXANDER II. *Mediolanensis,*

VNdenis Annis, sed Mensibus, atq; diebus
Sedit Alexander viginti cumq; duobus.
Sch. XXII Millano genitus, posuit Legem: Alleluia
Cadoloi dicti Ho- Vt non cantetur dum Septuâgesima cras est.
norij cont Firmavit Monachos grandi de Monte vocatos,
Alexan-drum. Et Gvalbertinos Sancti de prole Ioannis,

Illi

Illi Schiſma tamen commovit Honorius audax.

CLVIII. GREGORIUS VII. *Sauonenſis.*

MEnſe, ac bis ſenis Annis, tredecimq; diebus,
Gente Savonenſis regnare Gregorius optat.
Nolens electus. per Cencîum carcere clauſus,
Aſt extraxit Eum populus Romanus ab illo,
Ac bona quæ tenuit tribuit Malchtildis Eidem.
Ille Boleslaum regnantem in gente Polona
Devovit diris, ob cædem Staneſilai.
Privavit Regnum SacroDiademate Regis. *Sch: XIII Gilberti contra Gregoriū.*
Schiſma tamen movit Gilbertus nomine Clemens,
Cæſaris Henrici flammis ſubdente furore.
Quem pius Antiſtes diris devoverat atris.

CLIX. VICTOR III. *Bene-ventanus Benedict:*

ANnos in circa binos regnavit in Vrbe
Victor, prognatus Beneventi mænibus amplis.
Aſſumptus fuerat Benedicti de Ordine ſacro.
Antonij Sancti Clerum ſuſcepit ad Acta.
In Machometanos conſcripſit Millia multa
Militiæ, Gilberti Schiſma Anathemate preſſit.

CLX. VRBANVS II. *Gallus Benedictinus.*

VNdenos Annos Gallus, Menſesq; quaternos;
Octodecimq; dies Vrbanus præfuit Orbi.
Abricti ſedem poſuit, nam ſedit in Vrbe
Invaſor; populus Romanus depulit illum;
Verum Pontificem juſto dignatus Honore,
Ordine delectum Benedicti, qui tamen ipſe
Diſcipulus Brunonis erat de Cartuſianis.
Plures firmavit Monachorum Clauſtra ſequentes.

Surrexit ſub eo primus Ciſtertius Ordo,
Taraco Militiam ſcribit, confirmat eandem;
Sæc. XI. Dania Primatem Decreto ſuſcipit ejus,
P.P. XVII Sanctorum faſtis adſcribitur Attilianus,
Septem tumq; decem Paſtores hæc tulit ætas,
Vrbanus minimè complevit tempora ſæcli.

CLXI. PASCHALIS II. *Hetruſcus Benedictinus*

ANnos Octodecim Hetruſcus, feriasq; quaternas,
Ac Menſes quinos, Paſchalis jura ferebat,
Cæſareo Henrici frontem Diademate cinxit,
Quem poſt devovit diris Sacra jura prementem.
Ordine deſumptus Benedicti, culmina nolens
Aſcendit, ſub eo Goffredus fortis in Armis,
Vrbe Paleſtina Solymorum, Marte potitus.
Petrus Anagninus Faſtis adſcribitur almis,
Firmavit vitæ communis in Ordine Clerum.

CLXII. GELASIVS II. *Caietanus Benedictinus.*

ANnum Cajetæ natus, feriasq; quaternas,
Ægrè permiſſus regnare Gelaſius Orbi.
Ex Benedictinis deſumptus culmina ſcandit
Invitus, captus per Cenciûm, carcere clauſus,
Cæſaris Henrici juſſu fera bella moventis.
Liber per populum Romanum, Gallica rura
Schiſma Calcavit fugiens Burdino Schiſma movente,
XXIV. Sed tandem redijt Romam, ac in pace quievit.
Mauriti Burdini. Maltenſes Equites firmavit robore Iuris.

CLXIII. CALIXTVS II. *Burgundus Benedict:*

ANnos quinq; decem Menſes, tractādo Munia Petri
Burgundus ſedit Romanâ in ſede Calixtus.

Invi-

Invitus Lectus, Benedicti de Ordine sumptus,
Ordinis Ebraldi firmavit fontis Alumnos,
Terruit Henricum, feriens Anathemate, sævum, *Conc. Gen IX. Lateran: I.*
Investituris Sacris quod cedere nollet.
Concilium Romæ Lateranum fecit in illum.
Norbertus sub Eo fundavit plurima Claustra, *Sch. XXV Theobaldi*
At Theobaldus Eum turbavit Schismate grassans.

CLXIV. HONORIVS II. *Immolanus*

ANnos quinq; unum Mensem, septemq; dietas,
Atq; decem, pro se Immolianus Honorius urget.
Danis, Novergiis, Svecis dat nuntia fausta.

CLXV. INNOCENTIVS II. *Romanus Canon: Regul:*

DEna dies, tredecimq; Anni, ac in Mensibus Heptas
Innocui Claves Romani jure gubernant.
Inscripsit Fastis Sanctorum, Nomen Hugonis
Pontificis sacrati Gratianopolitani, *Conc: Gen X. Later: II. Conc: Petrum Leonem*
Altrûm Concilium Laterani fecit in Æde,
Quo condemnatus Petrus Bruis Hæresis author,
Fons & origo mali cujusvis nempè sequentis.
Hunc tamen Innocuum petijt Leo Schismate facto, *Sch: XXVI Petri Leonis*
Vt Româ fugiens Francorum quæreret arva;
Schisma ferum per Successores lura premebat.

CLXVI. CÆLESTINVS II. *Hetruscus.*
Ex Castro Tiberis

MEnses quinq; dies tredecim, pro tempore Regni, *Incipiunt Prophetiæ S. Malachi*
Hetruscus Cælestinus vult, gente, secundus.
Romani sub Eo cupiunt renovare Senatum,
Fortiter hoc illis in puncto Papa resistit.
Lemmate Pontificem primum signavit Hibernus

Hunc Primas, reliquos deſcribens quosq; futuros.
Præſul hic Ex Castro Tiberis deducitur, Ex quo
Gvido à Caſtello fuerat; de gente vocatus.

CLXVII. LVCIVS II. *Bononienſis Canon: Regul.*

Inimicus Expulſus.

VNdenos Menſes, Feriasq; decem, inde quaternas
Vrbe Bononienſi prognatus Lucius implet,
Romani tentant iterum renovare Senatum,
Cæſar Conradus Papæ Ius roborat omne.
Hicce Inimicus erat Depulsus, Caccenemica
Gente trahens ortum, ſic implens Lemma Prophetæ
Clauſtralis fuerat Laterani verus alumnus.

CLXVIII. EVGENIVS III. *Piſanus Ciſtercienſis.*

Ex Magnitudine Montis.

OCto Annos, tredecimq; dies, Menſesq; quaternos
Eugenius Piſis prognatus pertrahit ad ſe,
Diſcipulus Sancti Bernardi, & fidus alumnus.
Ille facultates Sedi violenter ademptas
Vindicat, ac recipit, Primatemq; Vpſalienſem
Inſtituit Svecis, & Danis, robore Iuris.
Confirmat Monachos Gilberti Nomen habentes.
Militiam dictam Sancti de voce Iacobi
Confirmans, Auguſtini ſub Iura reducit.
Magno Monte datus complectens Lemmata mole.

CLXIX. ANASTASIVS IV. *Romanus. Can: Reg:*

Abbas Suburranus.

TErnos atq; dies viginti, tumq; quaternos
Menſes, ac Annum Romanus Anaſtaſius vult.

Hic

Hic de gente SUBURRANUS describitur ABBAS,
Sancti Augustini Claustralis de Laterano.

CLXX. ADRIANVS *IV. Anglus Canon Regul:*
De Rure Albo.

MEnsibus Octonis, Annis quater, atq; diebus
Sex quater, Adrianus Fasces tractaverat Anglus,
Vindicat Oruierum, confert Diadema Sacratum
Cæsareum Friderico, inducens munera pacis,
Sancti Augustini Claustralis; Lemma reportans
DE ALBO RURE, docet vico quod natus in Albo.
Teuthonicorum Equitum firmavit robore Iura,
Extendens ab Anastasio collata priora,
Vt juxta Magni Augustini Iura regantur,
Et Sylvestrinos Benedicti Legibus auxit.

CLXXI. ALEXANDER III. *Senensis.*
Ex Ansere Custode.

CVm tribus Antipapis quorum Prophetiæ,
Primi de Carcere tetro: secundi Transtiberina
Via: Tertij de Pannonia Thusciæ;
Annis viginti & binis, septem absq; diebus,
Sedit Alexander Senensis in Vrbe Quirina.
Concilium tenuit Lateranæ mœnibus Ædis, *Concilium Gen: XI. Laterenen III. Albigenses.*
Atq; piam Synodum firmavit Lancicienſem,
Quæ direptores damnat, Clerumq; tuetur.
Inscripsit Fastis Sanctorum Nomina plura,
Regem Edvardum, Bernardum, Thomasq; duales.
Est unus Præsul, deducitur alter Eremo.
At contra victor Paschalis & inde Calixtus,

Non

Sch. XXII. Non patiente mora fecerunt Schiſma nefandum.
Victo-ir Lemmata quiſq; tenet Victor DE CARCERE TETRO
Paſcha: & Carceris ad titulum Tulliani murice tinctus.
Calixti TRANSTIBERINA VIA à titulo deducitur eſſe
Invaſor GVIDO, qui dicitur inde Calixtus.
At DE PANNONIA TUSCA procedit ab Hunnis
Paſchalis; verùm removendus quilibet ex his:
Solus Alexander CUSTODE EX ANSERE præſtat
Verus Papa, trahens Paparocæ germina Styrpe.
Exul calcavit, Friderici colla ſuperba,
Montis Virginei. Monachis dedit optima Iura,
Quiq; Crucem portant, teneant ut Sancta Statuta
Magni Auguſtini, mandavit Iure Supremo.

CLXXII. LVCIVS III. *Lucenſis.*

Lux in Oſtio.

ABſq; tribus Ferijs, tres Menſes, & quatuor Annos,
Lucenſis ſedit Romanâ Lucius Vrbe.
Inſcripſit Faſtis Brunonem qui fuit olim
Caſſîni Præſul, Nato Diadema negavit,
Cæſaris inflati Friderici Nomine dicti.
A Patria deduxit LUCIS AD OSTIA *Lemma*,
Oſtia quippe ſuus Titulus cum murice dignus.

CLXXIII. VRBANVS III. *Mediolanenſis Can: Reg:*

Sus in Cribro.

VNdenos Menſes, ſubtractis quinq; diebus,
Ac Annum, Vrbanus Millanus vexerat Orbem,
Magni Auguſtini ſectator de Laterano,
Zeloſus fuerat Papalis Muneris ultor,
Reſtitit in faciem Friderico Iura gravanti,

Eius

Eius temporibus Solymorum mænia capta,
In Cribro signatus erat Svs de Stemmate gentis.

CLXXIV. GREGORIVS VIII. *Beneventanus Benedict:*
Ensis Laurentij.

MEnsem, terq; Novem dies, deposcit habere
Ex Beneventanorum gente Gregorius ortus,
Ordinis à puero Benedicti fidus alumnus.
Deflevit Solimas captas, accendit in hostem
Christiadûm vires, succursum; ferre iubendo.
Ensis Laurenti Titulo cum Stemmate dictus.

CLXXV. CLEMENS III. *Romanus.*
De Schola exiet.

Tres Annos, Menses totidem, feriasq; quaternas,
Clemens Romanus Romana sedit in Vrbe.
Syciliæ Regni Tancredo contulit arva,
Militiam in Turcas magno fervore vocavit,
Pontificem Ottonem conscripsit in acta Beata,
De Exiet inde Schola dictus pro germine Styrpis.

CLXXVI CÆLESTINVS III. *Romanus.*
De Rure Bovensi.

SEx Annos, Mensesq; Novem, sine luce duali,
Romanus Cælestinus regnavit in Vrbe.
Syciliâ Natum Friderici Cæsaris auxit.
Adscripsit Sanctis Ladislâum atq; Ioannem
Gvalbertum similiq; vbaldum affecit Honore,
A propriâ De Rure Bovensi Gente vocatus.

CLXXVIII. INNOCENTIVS III. *Anagninus.*

Comes Signatus.

ANnos octodecim sedit, Feriasq; novenas,
Innocuus, Menses sex, Mater Anagnia tellus.
Ipse COMES SIGNATUS erat de Nomine Styrpis.
Concilium magnum Laterana fecit in æde.
Con. Gen. XII. *Later.* IV. Cæsaris Ottonis frontem Diademate cinxit,
Et post deposuit, Sacrum dum oppugnat Ovile.
Procopium in Sanctos retulit de Gente Bohema,
Consimili cultu donatus Homobonus illi
Tandem Dominicus, Franciscus, lumina Mundi,
Ordinibus Sacris auxerunt Christiadûm Res.
Et plures alij, Triadis qui Nomina portant,
Accipiunt robur per *Eum*, quanquam ante vigebant,
Tempore Anastasii, ac Adriâni Nomine quarti,
Militiæ Calatravanæ concessit plurima Iura.
Et quibus alma dedit portare Alcantara Nomen,
Ille etiam Fratres Humiles sub *jura* recepit,
Sæc. XII. Ætas octodecim Patres complectitur ista,
PP. XVII. Quam bene transiliit Summorum gloria Patrum,
Terminat Innocuus Sæclum, exorditur & altrum.

CLXXVIII. HONORIVS III. *Romanus.*

Canonicus de Latere.

ANnis Romanus denis, ac Mensibus octo,
In Cathedra Petri regnavit Honorius ille
Francisci Sobolem firmavit, Dominiciq;
Atq; Redemptores dictos Mercedis Alumnos,
Et quibus est Nomen sumptum de Valle scholarum,

Depo-

Deposuit Solio Fridericum Iura prementem,
Sedis Romanæ; signatus Lemmate digno,
Hinc CANONUM LATERIS, Prælatus de Laterano.
Adscripti per Eum Fastis, Laurentius, Hugo,
Ambo Pontifices Dublini, & Lincoliensis.

CLXXIX. GREGORIVS IX. *Anagninus.*

Avis Ostiensis.

MEnsibus in quinis, denis ac quatuor Annis;
Cumq; tribus Ferijs pro Iure Gregorius Orbem
Direxit, natum produxit Anagnia tellus.
Illum AVIS OSTIENSIS Murex, Styrps, Lemmate signant.
Adscripsit Sanctis Franciscum, Dominicumq;,
Additur Elisabet, necnon Antonius illis.
Gvelforum atq; Gibellinorum Factio nata,
Cæsaris una sequax, defendit at altera Papam.

CLXXX. CÆLESTINVS IV. *Mediolanensis.*

Leo Sabinus.

MIllanis Cælestinus prognatus in Oris,
Septem tumq; decem tractavit Iura diebus;
Lemma SABINUS ei LEO gens, cum murice donant.
Viginti Menses Sedes viduata manebat
Ejus post mortem, donec ascenderet alter.

CLXXXI. INNOCENTIVS IV. *Genuensis Benedi.*

Comes Laurentius.

INnocuus quartus Genuensis computat Annos
Vndenos, Menses quinos, quibus adde dietas
Bis septem, totum tempus complebitur Ejus.

Concilium Gen XIII Lugd. I. contra Frider. Impe.

Ipſe Comes Laurentius ex ſe, & Murice dictus.
Concilium Magnum Lugduni juſſit haberi,
Quo Fridericus ab Imperio deponitur audax,
Proq; Paleſtina repetenda ſubſidium fit.
Purpureâ mythrâ Patres à Cardine dictos
Ornavit, conceſſit idem, quos miſit ad Oras
Barbarie plenas, nec Sancto Chriſmate tinctas,
Munus Apoſtolicum profeſſis Dominicanis,
Tanquam Martyrij certis de gente Polona.
Sanctorum Faſtis adſcripſit Nomina plura,
Scilicet Edmundum, cum Petro Martyre, nec non
Pontificem Stanislaum, tandemq; Vilhelmum,
Deniq; curtavit ieiunia longa Polonis,
A Cinerum feriis mandans Exordia ſumi,
Carmelitanis reſtrinxit iura ſevera,
Firmavit Sanctæ Servos de voce Mariæ,
Ordine deſumptus Benedicti traditur eſſe.

CLXXXII. ALEXANDER IV. *Anagnius Benedictin.*
Signum Oſtienſe.

SEdit Alexander, cui Mater Anagnia quartus,
Sex Annos, Menſes quinos, totidemq; dietas,
Signum Ostiense fuit de Styrpe, & murice dictus,
In Sanctos retulit Claram de ſtyrpe Minorum,
Eius mandato Sanctus collegit in unum
Raymundus Decretales, quæ Iura miniſtrant.
Contra Ezelinum Cruciatam traxit ad arma,
Ablactavit cum Benedicti Regula Sancti,
Hinc confirmavit multorum Clauſtra piorum,
Militias etiam multas erexit in Hoſtes.

CLXXXIII.

CLXXXIII. VRBANVS IV. *Trecensis Gallus.*

Hierusalem Campaniæ.

MEnse, quater Feriis, regnaverat, ac tribus Annis,
Vrbanus Gallus Trecensi germine Cretus.
Corporis instituit Christi Solemnia Festa,
In Sanctos retulit Richardum, robore iuris
Gaudentes Equites firmavit in Ordine sancto.
HIERUSALEM CAMPANIÆ, quod Patriarcha fuisset
Lemmate signatus Sanct: Primatis Hiberni.

CLXXXIV. CLEMENS IV. *Gallus.*

Draco Depreßus.

TRes annos, Mensesq; decem, sine quinq; diebus,
Clemens prognatus Gallus Narbone sedebat,
Qui DRACO DEPRESSUS proprio deStemmate dictus,
Sanctorum per Eum Fastos Diva Hedvigis auxit,
Lazarios Augustini sub Iura reduxit,
Regnum Syciliæ suscepit Partenopesq;
Devicto Manfredo, Carolus Andegavensis.

CLXXXV. GREGORIVS X. *Placẽtinus Camaldulẽsis*

Angvineus Vir.

GEnte Placentinus, de voce Gregorius; Annos
Quatuor, ac Menses totidem, denasq; dietas,
Ordine desumptus sedit Camaldulienſi.
Cælestinorum firmavit Sacra Statuta,
Millani Socius, deducitur ANGVINEUS VIR.
Hoc sibi Lemma ferunt Fratres, qui Stemmatá gestant.
Concilium fecit Lugduni stare secundum, Con. Gen. XIV. Lugd. II, pro u-

Ga Schi-

Schiſmaticos Græcos cupiens unire Latinis,
nione Græcorum. Pacem inter Venetos fecit, nec non Genuenſes;
Invexitq; uſum Conclavis in Vrbe Quirina.

CLXXXVI. INNOCENTIVS V. *Lombardus Ordinis Prædicatorum.*

Concionator Gallus.

MEnſes quinq;, dies binos, regnavit in Vrbe
Innocuus, deſumptus ab Ordine Dominicano,
Lombardus Patria Tarantaſiuſq; vocatus.
GALLIA Lemma dabat Paſtori CONCIO dignum,
Auſoniæ Dominis pacem concludere ſvaſit,
Sed non perfecit, Diſcordia plena remanſit.

CLXXXVII. ADRIANVS V. *Genuenſis.*

Bonus Comes.

A Genua Adriânus Menſem, ſeptemq; dies vult,
Qui BONUS eſſe COMES dictus de Nomine Gentis.
Contra Partenopes Regem ſed Cæſaris arma
Duxit Rudolfi, dum nollet vivere pace.

CLXXXVIII. IOANNES XXI. *Luſitanus.*

Piſcatòr Tuſcus.

MEnſes octo, dies tot, ſummâ ſede Ioannes
Regnavit Luſitanorum gloria Gentis,
PISCATOR Tuſcus dictus de Nomine Petri,
Cæſar Græcorum ſuffragia miſerat illi
In Saracenos, tractavit de Medicina,
Ac plures Libros iſtâ conſcripſit in Arte.

CLXXXIX. NICOLAVS III. *Romanus.*

Roſa Compoſita.

Abſq;

ABsq; die bina, Menses sunt usq; noveni,
Anni sed bini, Nicolaus quibus ordinat Orbem.
Hic Romanus erat Claris Natalibus ortus.
COMPOSITÆq; ROSÆ portabat Lemmata Gentis.
Partenopes Regem privavit voce Senatûs
Romani, Sanctorum Sancta exstruxit Is idem,
Qui peccata dolent tam Fratres, quamq; Sorores,
Robore Apostolico præscripto vivere fecit.

CXC. MARTINVS IV. *Turonensis Gallus.*

Ex telonio Liliacei Martini.

MEnsem, tum q; dies septem, cum quatuor Annis,
Martinus Gallus Turonensis sedit Alumnus,
LILIA MARTINI atq; TELONIA Lemmate portans,
Quod Gallus fiscum Martini rexerit olim.
Ejus temporibus deflevit Sycilianum
(Dum fortes periêre viri omnes) Francia vesper.

CXCI. HONORIVS IV. *Romanus.*

Rosa Leonina.

ANnis Romanus binis, Ferijsq; duabus,
In Cathedra Petri formavit Honorius Acta.
Huic ROSA Lemma fuit, quam portavêre LEONES,
Illius proprium, nati de Gente Sabella.
Hic Carmelitas firmavit in Ordine Sacro,
Ac illis Cappas Nigras mutavit in Albas.

CXCII. NICOLAVS IV. *Ascolitanus Ord. Minorum.*

Picus inter Escas.

MEnsem, bis septemq; dies, ac quatuor Annos,
Regnavit Nicolaus quem protulit Ascula tellus.

Illi Escas Inter Picvs sua Lemmata profert,
Quæ capit à Patria Picænis natus in oris.
Religiosus erat desumptus styrpe Minorum,
Syciliâ per Eum fuit investitus utrâq;
Francorum Princeps Dux Carolus Andegavensis,
Deforis ac intus Laterani tecta refecta.

CXCIII. S. CÆLESTINVS V. *Sernitanus Eremita Cælestinus.*

Ex Eremo Celsus.

MEnses quinque, diesq; novem, pascebat Ovile
Christiadûm Cælestinus Lux Ausoniorum,
Tandem deposuit munus sectator Eremi.
A qua Lemma sibi petit hoc, Ex Celsus Eremo.

CXCIV. BONIFACIVS VIII. *Anagninus.*

Ex Undarum Benedictione.

OCto Annos, Mensesq; novẽ, octodecimq; dietas,
Sedit Anagninus faciens bona Sede Quirinâ.
Illi Lemma suum Vndarum Benedictio defert,
Quas sibi depingunt præclaræ stemmata Styrpis.
In Sanctos retulit Ludovici Nomina Noni,
Francorum Regis, pœnis pressitq; Columnas,
Murice privavit binos, sed carcere strictus
Tertius illorum mortalia fata subivit.
Sæc. XIII. Et Libros Decretales in pluribus auxit,
PP. XVII. Sextum subjungens Ejus qui Nomina portat.
Annos in centum Iubilæi tempora sanxit,
Militias auxit plures, & Claustra piorum,
Septem tumq; decem Papas hæc noverat ætas,

At

At bellè faciens sæclûm direxit utrumq;.

CXCV. BENEDICTVS X. *dictus* XI. *Tarnosinus Ordinis Prædicatorum.*

Concionator Pataræus.

MEnses octo, diesq; decem, & septem, Benedictus
Tarvisinus habet, Gusmanæ gloria Prolis.
Concio Lemma dabat Pastori sed Pataræa,
Nam Nicolaus erat, Pataræo à Præsule dictus,
Ordine Dominici, quod sanè quadrat utrumq;.
Ille Columenses sublato ornavit Honore,
Ausoniæ pacem totis ex viribus ursit.

CXCVI. CLEMENS V. *Aquitanus Gallus.*

De Fossis Aquitanis.

ANnos octonos, Mensesq; decem, bis octo dietas,
Gentis Aquitanæ Clemens direxit Ovile.
Lemmaq; Aquitanis De Fossis verificavit.
Concilium Magnum celebravit in Vrbe Viennâ, *Con. Gen. XV. Viennense con. Templarios.*
Ordo quo penitus sublatus Templáriorum;
Sanctorum numero Cælestinum intulit, atq;
Clementinarum conscripsit Iura sacrata,
Transtulit & Sedem Romanam, ac Avenione *Sedes Avenione.*
Illam constituit, durantem tempore certo.

CXCVII. IOANNES XXII. *Cadurcus Gallus.*

Cum Antipapa Petro Corbario dicto Nicolao V.

Lemma Ioannis. De Sutore Ossio.

Antipapæ Nicolai Corvus Schismaticus.

ANnos octodecim, Menses quater, absq; diebus
Pavit Oves binis, Gallâ de Gente Ioannes.

De Sutore Ossio condignum Lemma reportans;
Quod prognatus erat vili Sutore Parente.
Schisma XXVIII. Petri Corbasii. Cæsar Eum Bavarus Ludovicus Schismate pressit,
Constituens alium Nicolaum Nomine Quintum,
Schismaticum Corvum Primas quē signat Hibernus.
Intulit in Sanctos Doctoris Nomina Thomæ,
Pontificesq; duos Thomam, nec non Ludovicum;
Regia restituit Diademata Vladislao
Sarmatiæ Regi, qui Lokietek nomine dictus,
Montis Oliveti firmavit robore Fratres,
Paulinos itidem quos enutrivit Eremus,
Militias statuit plures, & Claustra piorum.

CXCVIII. BENEDICTVS XII. *Tolossanus Cisterciensis Frigidus Abbas.*

SEptem Annos, Feriasq; senas, Mensesq; quaternos,
Regnavit Natus Benedictus in Vrbe Tolossa.
Ordinis à Claustro deductus Frigidus Abbas.
Imperij stante Interregno, constituebat
Vrbibus Italiæ Præfectos, hæc sibi Iura
In casu tribuens, dum Cæsaris Acta vacabant.
Illum progenuit de se Cistercius Ordo.

CXCIX. CLEMENS VI. *Lemovicus Benedictinus. De Rosa Attrebatensi.*

ANnos bis senos, Menses septem, Lemovicus
Regnavit Clemens, genuit quem Gallia Mater.
Indeq; Lemma Rosæ deduxerat Attrebatensis.
Præsbyterum Ivonem conscripsit in Acta Beatum,
Annos ad Iubilæum quinquaginta retraxit,

Delum-

Desumptus fuerat Benedicti de Ordine Sancti.

CC. INNOCENTIVS VI. *Lemovicus.*

De Montibus Pammachii.

SEx & viginti Ferias cum Mensibus octo
Annos usq; novem Innocuus Lemovicus adimplet
MONTES PAMMACHII titulo cum Stemmate portans,
Vindicat ille Status quos surripuêre Tyranni.

CCI. VRBANVS V. *Lemovicus Benedictinus.*

Gallus Vice Comes.

TRes ac viginti Ferias, Vrbanus adoptat,
Ac unum Mensem, Gallus, bis quatuor Annos,
Hic pulchrũ GALLI COMITIS VICE Lemma reportat,
Munere Legati Millani præditus olim.
Ordine desumptus Benedicti traditur esse.
Romam descendit cupiens sedare tumultus,
Firmavit Monachos quos dicunt Hieronymitas;
A IESV Nomen dicentes tempore prisco.

CCII. GREGORIVS XI. *Lemovicus.*

Novus de Virgine forti.

SEptem Annos, Menses tres, absq; Gregorius ulla
Luce sedens, Pastor, Lemovicus Iura ferebat,
Hic rediit Romam, translatâ Sede Supremâ,
Septuaginta Annis quæ mansit ad Avenionem.
Per Lemmá hic NOVVS est dictus DE VIRGINE
FORTI,
Nam Belfortis erat, reliquum de murice tractum.
Militias Sacras plures fundavit in Orbe.

CCIII.

CCIII. VRBANVS VI. NEAPOLITANUS.

Cum tribus suis & Successorum Antipapis, quorum Lemmata, Primi, De Cruce Apostolica: secundi, Luna Cosmedina: Tertij, Schisma Barchinonium: Vrbani verò, De Inferno Prægnanti.

ANnos undenos, Menses sex, Parthenopæus
Atq; dies septem Vrbanus, direxerat Orbem.
Schismatibus sub eo vexata Ecclesia magnis,
Schisma Quæ nisi per Synodum factam Constantia solvit,
XXIX. Contradixit Ei Clemens, Benedictus, & inde
omnium gravissimũ Tertius electus Pisis, cognomine Quintus
Clem. VII Dictus Alexander, post quem mox Pontifices tres,
contra Sunt, Benedictus, Alexanderq;, Gregorius; ex his
Vrbanum. Quis nam legitimus, nesciit Ecclesia Sancta,
Donec quisq; suum Ius deposuisset, & inde
Martinus Quintus verus successerit illis.
Lemmate quemq; suo Primas signavit Hybernus,
Sch XXX De Cruce Apostolica Clemens est septimus, inde
seu proro- Mox Benedictus adest, dictus Cosmedina Luna.
gatio Pri- Schismaq; Barchinoum Clementem portat in octo,
oris Bene- Hos illegitimos Papas Ecclesia censet,
dicti de Luna. De Inferno Prægnanti Vrbanus Lemmate præ-
Nomine Prægnanus, tituli sed cætera portant. (stat,
In Fastos retulit Catharinam germine Svecam.

CCIV. BONIFACIVS IX. *Neapolitanus.*

Cubus de Mixtione.

MEnsibus undenis, Annisq; decem, atq; quaternis,
Pavit Oves Christi faciens bona Partenopæus,

Hûic

Huic Lemma dabat CVBVS, cui MIXTIO juncta,
Adscripsit fastis Brigittam nomine Svecam,
Denos Pastores veros hæc noverat ætas, Sæc. XIV. PP. X.
At Bona qui fecit transcendit tempora sæcli.

CCV. INNOCENTIVS VII. *Sulmonensis.*

De meliore Sydere.

VNâ ac viginti Ferijs, annisq; duobus
Septimus Innocuus sedit, Sulmone Parente,
DE MELIORE sibi conjunctum SYDERE Lemma,
Tam Gentē signans, Gentis quàm Stēmata portans.

CCVI. GREGORIVS XII. *Venetus.*

Nauta de Ponte Nigro.

MEnsibus in septem, nonisq; Gregorius Annis,
De Patria Venetus, Romanæ præfuit Vrbi.
Concilium Pisis illum de sede removit, *Schisma*
Tollere Schisma volens, majorem suscitat ignem. *XXXI.*
Lemmate NAUTA fuit NIGRO DE PONTE vocatus. *Pisanum.*
Montis Oliveti Monachos, sub Iura recepit.

CCVII. ALEXANDER V, *Cretensis Ord: Minorum*

Flagellum Solis.

QVintus Alexander Cretensis Iura tenebat,
Quatuor abs Ferijs, denis in Mensibus usq;:
Post ætate gravis tristem descendit ad urnam,
Huic tribuit SOLIS Millanum Lemma FLAGELLUM.
Regno Partenopes privavit Ladesilaum,
Declarans Ludovicum pro Rege Andegavensem.

CCVIII. IOANNES XXIII. *Neapolitanus.*

Cervus Syrena:

DEnos per Menses totos, Annosq; quaternos,
Partenope genitus tractabat Iura Ioannes.
Sub quo Concilium Magnum Constantia vidit,
Quo duo Pontifices posuerunt Iura regendi,
Namq; Gregorius ut quassatas restituat Res,
Legitimus Pastor, Primus de munere cessit,
Dans Ius Legato cedendi voce Ioanni
Dominici, populos Ragusæ Sacra docenti,
Ordine Gusmano suffecto; depositusq;
Cedere se simulans Papatu, ac iste Ioannes.
Munere privatus Benedictus adusq; reluctans,
Conciliumq; tuum non plùs Constantia præstat,
Sufficit electus Martinus Stype Columna.
CERVVS SIRENÆ quadrabat Lemma Ioanni.

CCIX. MARTINVS V. *Romanus.*
Cornua Vela Aurei.

MArtinus Petri Romanus culmina scandens,
Annos per tredecim, Menses tres, rexerat Or-
Atq; dies bis sex, Benedicto sed moriente (bem,
Schisma Magni continuat. Clemens Schisma vetus rursus deducit in actum,
Partibus avulsis decedere Sede jubetur.
AURATI VELI Martino CORNUA Lemma,
Murex ex titulo Templi quod donat eidem.
Francorum Regem Ludovicum Partenopæo.
Investit Regno, Martinus Papa sacratus.

CCX. EVGENIVS IV. *Venetus Canon: Regul: cum Antipapa Fellice Amadæo, cujus Lemma. Amator Crucis,* Eugenij verò, *Lupa Cælestina.*

Annis

Annis Eugenius ter quinis Iura ferebat,
Menſibus Vndenis, viginti vnâq; diebus,
Hic Venetûm terris vitæ primordia traxit:
Adſcripſit Sanctis Nicolaum ex Vrbe Tolento,
Nec non Bellinum Patavinos Sacra docentem.
Schiſma tamen Felix Amadæus ſuſcitat acre,
Quod Baſilæa parit, poſt, Felix ſponte recedit, *Schiſma XXXIII Felicis Amadæi Con: Eugenii*
Atq; Patri Patrum ſubmittit colla ſuperba.
Lemma LUPAM CÆLESTINAM ſibi vendicat aptum
Eugenius, Felix CRUCIS eſt ſignatus AMATOR;
Ordo cum Cathedra declarant Lemma prioris,
Alter at à proprio deducit Stemmate Lemma.
Eugenius Magnam Synodum collegit in unum,
Quâ Romæ tandem univit Florentia Græcos,

CCXI. NICOLAVS V. *Sarzanenſis.*

De Modicitate Lunæ.

OCto Annis, Ferijs denis, ac inde novenis,
Sarzanus Patriâ Nicolaus in Vrbe ſedebat,
DE MODICA LUNA Signatus Lemmate vero,
Quod Patre Lunenſi modicis Natalibus Ortus.
Senenſem Bernardinum ſuſcepit ad Acta
Sanctorum, frontem redimivit Cæſaris, Ejus
Temporibus ſævus Bizanto Turca potitus.

CCXII. CALIXTVS III. *Hiſpanus.*

Bos Paſcens.

VRbe Valentina prognatus voce Calixtus,
Abs Feria una, tres Annos, Menſesq; quaternos
In Cathedra Petri Romanis Iura ferebat.

Stem-

Stemmate Bos Pascens deduxit Lemma tenendum;
Osmundus per Eum, nec non Vincentius inter
Divos adscripti, *Legatos* Persia misit,
Et Cham Tartariæ persvadens bella movenda,
Adversus Turcas, Diverso Marte furentes.

CCVIII. PIVS II. *Senensis.*

De Capra & Albergo.

SEx Annos demptis tantùm tribus inde diebus,
Sylvius Æneas Senensis Iura ferebat.
Adscripsit Sanctis Catharinam Dominicanam.
Teutonicos Equites multo dignatus Honore,
Quos Vrbanus confirmaverat ante Secundus;
Adversus Turcas ferventer bella ciebat,
De Albergo & Capra signatus Lemmate sacro,
Ante Capræ ac Albergati indivulsus Achates.

CCXIV. PAVLVS II. *Venetus.*

De Servo & Leone;

SEx *Anni*, Menses undeni, quatuor absq;
Sunt Feriis, Paulus Venetus quibus Vrbe sedebat.
Lemmata dantur ei De Servo, deq; Leone,
Infula quæ tribuit Sancti cum murice Marci
Ædes restituit Lateranas Religiosis,
A quibus expulsi fuerant per Iura Calixti.
Ad, Iubilæum, *Annos* viginti quinq; reduxit.

CCXV. SIXTVS IV. *Savonienfis Ord: Minorum.*

Piscator Minorita.

ANnis in tredecim sedit tribus atq; diebus,
Gente Savonensis dictus, sed nomine Sixtus.
Religiosus erat Francisci germine cretus,

Indeq;

Indeq; PISCATOR deducitur esse MINORUM.
Adscripsit Fastis Sanctorum, quinq; Minores
Fratres Martyrium passos; Albertus Honore
Carmelita pari decoratus, purpureusq;
Antistes Bonaventura hoc conscriptus in Albo.
At vivi damnum passi sunt Religiosi,
Quos olim Paulus pulsos in tecta reduxit.
Francisci *Minimi* firmavit Sacra Statuta,

CCXVI. INNOCENTIVS VIII. *Genuensis.*
Præcursor Syciliæ.

SEptem *A*nnos, Mensẽ undecimũ tribus absq; diebus
Innocuus sedit Genuensis in Vrde Quirina,
Adscripsit Fastis *L*eopoldi Nomina Sancti,
Turcarum Cæsar Legatum misit ad illum
Munera magna ferens, inter quæ prima Sarissa.
Quâ latus est Christi transfixum, summa precandi,
Milite ne fratrem Zizimum Papa iuvaret.
Eius temporibus quærit nova Regna Columbus;
SYCILIÆ Papa hic PRÆCURSOR dicitur esse.

CCXVII. ALEXANDER VI. *Hispanus.*
Bos Albanus in Porta

OCto dies, Annos vndenos, natus Iberis
Sextus *A*lexandex Christi pascebat Ovile,
Militiam statuit Sancti de voce *I*acobi.
IN PORTA BOS ALBANUS describitur esse.
Ætas Pontifices tredecim conspexerat ista, *Sæc: XV.*
Illam finit *A*lexander transcendit ad altram. *P.P. XIII*

CCVIII. PIVS III. *Senensis.*

De Parvo Homine.

AT Pius è Senis viginti ac Octo diebus
Computat omne suum tractandi munia tempus.
Ex HOMINE is PARVO deducit Lemma legendum
Borgia Cæsareum convenit, carcere captus,
Reddere quæ tenuit Pastori Feudá coactus.

CCXIX. IVLIVS II. *Genuensis.*

Fructus Iovis iuvabit.

VIginti Regni Ferias, Annosq; novenos,
Iulius à Genua Menses tres, poscit habere.
FRUCTUS IOVIS Eum quercu per Lemma IUVABIT,
Conc.Gen Accessit sub eo Parma atq; Placentia Sanctæ
XVII. Romanæ Sedi tum plurima feuda recepta.
Lateri. V. Incipit. Concilium Magnum Laterana cepit in Æde.

CCXX. LEO X. *Florentinus.*

De Craticula Politiana

OCto Annos, Menses Novem sine luce novena ;
Vult regnare Leo prognatus de Medicæis.
Lemma servit Ei CRATICULA, subde Magistrum,
POLLITANA manet, Primas sic dictat Hibernus.
Lateranense Consilium finit. Concilium sub Eo Laterana finit in Æde.
Franciscus Sanctus de Paula scriptus in Album,
Brunoq; Cartusius simili donatus Honore,
Et Lechiæ Princeps Casimirus mente pudicus,
Virus at effudit dirum Germania tota
Quando pestiferum sufflavit Dogma Luterus.

CCXXI.

CCXXI. ADRIANVS VI. *Belga.*

Leo Florentius

MEnſes octo, Dies ſex cum uno ſcilicet Anno,
Belgicus Adrianus Chriſti direxit Ovile.
Hunc per Lemma LEO FLORENTIUS indicat aptè,
Illi dat genitor Flores, dat Belga Leonem.
Cæſaris Auguſti qui Carolus eſſe notatur
Ille Magiſter erat, Sanctorum ſcripſit in Album
Pontifices Sanctos Antoninum, atq; Benonem,
Turca Rhodum cepit, Melitenſes expulit inde.

CCXXII. CLEMENS. VII. *Florentinus.*

Flos Pilæ Nigræ.

MEnſibus ac Annis denis, ſeptemq; Diebus,
Clemens regnavit Medicæo Sanguine Crêtus.
FLORE PILÆ NIGRÆ ſignatus Lemmate Sacro.
Obſeſſus fuerat Romæ per Cæſaris Arma,
Purpurei Patres ſpoliati jure nefando,
Ordo Capuccinus per Eum ſua jura recepit:
Et Clerus Sancti Pauli qui Nomine gaudet,

CCXXIII. PAVLVS III. *Romanus.*

Hyacinthus Medico.

ANnis ter quinis, uno Menſe, atq; dictâ
Paulus Romanus Chriſti paſcebat Ovile.
Ille HYACINTHUS erat MEDICO per Lemma vocatus *Con. Gen. XVIII. Tridenti-*
Concilium Magnum collegit in Vrbe Tridenti *num inci-*
Anglia monſtra parit, Fidei Rex Dogmata linquit *pit.*
Sed Francus tractat cum Cæſare munia pacis.
Per IESV Socios Eccleſia nobilitatur,

Os premit Hæresibus, populis Sacra Dogmata tradit.

CCXXIV. IVLIVS III. *Aretinus apud G. Marcel: Romanus.*

De Corona Montana.

ORbem direxit Romanus Iulius Annos
Quinq; dies sex, atq; decem, Mensemq; regendo
Civis Aretinus qui passim scribitur esse, *Concilium reasumitur.*
Rursus Concilium duxit sub tecta Tridenti,
Ad Petrum rediere Angli regnante Mariâ
Lemmata scire cupis? sunt hæc, MONTANA CORONA
Quæ benè tâmq; Domû signant, quam Stemmata gen-(tis.

CCXXV. MARCELLVS II. *Tuscanus.*

Frumentum Flocidum.

VNum vigintiq; dies Tuscanus in Vrbe
Marcellus sedit, non mutans Nomina prisca.
FLOCCIDULUM fuerat FRUMENTUM Lemma patescit,
Nam finita brevi, flaccescens, tempore vita.

CCXXVI. PAVLVS IV. *Neapolitanus Theatinus.*

De Fide Petri.

VIginti septemq; dies, Mensesq; duales,
Quatuor ac Anni Paulo sunt Partenopæo.
Gens Carassa FIDEM PETRI demonstrat in Illo,
Istius fuerat Natus de Sanguine Styrpis.
Inquisitorum promoverat acre Tribunal
Quod Paulus statuit, Theatinos auxit Honore,
Cum Caietano præscribens Sacra Statuta.
Vestem Dominici Iuvenis susceperat, illâ:
Exuit hunc Mater confracto limine Claustri,

Desun.

Defuncti Corpus Quintus Pius atq; sepulti
Restituit Patribus, deducens Ossa Minervam.

CCXXVII, PIVS IV. *Mediolanensis.*

Æusculapij Pharmacum.

MEnsibus Vndenis Ter quinis atq; diebus,
Inq; Pius quinis Millanus sederat Annis,
Lemma DEUS MEDICUS per PHARMACA contulit illi,
Hoc Patre Concilium concluserat Acta Tridenti,
Quod confirmavit firmum dans robur eidem.

Concilium Tridentin. reasumitur & finitur ac confirmatur.

CCXXVIII. B. PIVS V. *Alexandrinus Italus, Ordinis Prædicatorum.*

Angelus Nemorosus.

SEx Annos, Mensesq; quater, sex absq; diebus,
Boschi prognatus regnavit Nomine Gisler,
At Pius in Cathedra Quintus, Vir Iure Beatus,
Ordine Dominici Summo pro Præsule Lectus,
Turcarum Mastyx Naupacti teste Triumpho,
Quem precibus peperit supplex virtute ROSARII,
Dirum Censuræ Fulmen vibravit in Anglam
Reginam Elisabet, Primatûs Iura petentem.
Ad Mendicantes Minimorum Claustra reduxit,
Et Socios IESV Titulis ornavit ijsdem,
Atq; Ducem titulo Magni donavit Hetruscum,
Sed Fratres Humiles penitus delevit ad unum.
ANGELUS hic NEMOROSUS erat, sic Lemma probavit
Ex Patria Boscho, Michaël præ Nomine dictus.

CCXXIX. GREGORIVS XIII. *Bononiensis.*

Medium Corpus Pilarum.

ANnis in Tredecim, ſubtracto Menſe, Dieq;
Lombardus ſedit prognatus in Vrbe Bonona,
Tertius ac decimus dictus de voce Gregorij.
Quem malè compoſuit currentem Iulius Annum,
Reſtituit meliùs, Legatos Iapponienſes
Suſcepit gaudens Sacro Baptizmate tinctos.
Iunxit Lazarios Equites ac Mauritianos,
Pro Studijs Romæ fecit Collegia Sancta,
Ei Corpus Medium deſervit Lemma Pilarum.

CCXXX. SIXTVS V. *Anconitanus Ord: Minorum.*

Axis in Medietate Signi.

ANnos quinq; dies ternos, Menſesq; quaternos,
Anconâ veniens effulſit Munere Sixtus.
In Sanctos retulit Didacum de prole Minorum,
Quam fuerat vitam Iuvenis profeſſus & ipſe.
Et confirmavit non pauca Statuta Piorum.
Vrbem Romanam multis ſplendeſcere fecit.
In Medio Signi quando protenditur Axis,
Illum Lemma petit, ſumpſit, qui Stemmâ Leonis.

CCXXXI VRBANVS VII. *Romanus.*

De Rore Cæli:

PEr tredecim Ferias Romanus tempore parvo
Vrbanus, numerat regnandi Munera Magna.
Hinc Cæli De Rore petit ſua Lemmata duci.

CCXXXII. GREGORIVS XIV. *Mediolanenſis.*

Ex Antiquitate Vrbis.

PEr Menſes denos totidemq; Gregorius Orbi
Regnavit Ferias. Millanis Mænibus ortus.

Prin:

Princeps Investitus ab illo Ferrariensis.
Huic VRBIS tribuit præclarum Lemma VETUSTAS.

CCXXXIII. INNOCENTIVS IX. *Bononiensis.*

Pia Civitas in bello.

QVatuor Innocuus ferijs, bis Mensibus usus.
Regnando Romæ prognatus in Vrbe Bonona.
VRBS PIA BELLATRIX illius Lemmata signat,

CCXXXIV. CLEMENS VIII. *Florentinus.*

Crux Romulea

CLementem Octavum profert Florentia de se,
Mense Annis tredecim stantem. Ferijsq; duabus,
In CRUCE ROMULEA Ei deservit Lemma Sacratum,
Quod proprium tantùm Paparum dicitur esse.
Crux inversa manens designat Stemmata Styrpis.
In Divos retulit, Raymundum, tumq; Hyacinthum,
Atq; reformavit Carmeli Iura vetusta.
Seprem tumq; decem Papas hæc respicit ætas! Sæc: XVI. P.P. XVII
Quam finit Clemens mox exorditur & altram.

CCXXXV. LEO XI. *Florentinus.*

Vndosus Vir.

MOre fluentis aquæ, Mensem, tribus absq; diebus
Sedit in Vrbe Leo VNDOSUS VIR Lemmate dictus
Edidit hunc proprijs Laribus Florentia tellus,

CCXXXVI. PAVLVS V. *Romanus.*

Gens Perversa.

PAulus Romanus Burgesæ gloria Styrpis
Annos ter quinos sedit, cum Mensibus octo,
Adde dies bis sex, Regnum complebitur Ejus.

Adſcripſit Faſtis Sanctorum Nomina bina,
Carolus hos inter ſiſtit, Franciſca Quirina:
Ornavit Romam permultis Ædibus auctam.
GENS PERVERSA ſibi deſervit Lemma Sacratum,
Signans, ni fallor, ſervilia bella ſecuta.

CCXXXVII. GREGORIVS XV. *Bononienſis.*

In Tribulatione Pacis.

LOmbardâ veniens ex Vrbe Gregorius ortus
Florenti ſtudijs, quæ dicitur eſſe Bonona.
Menſes quinque, duos Annos, pro Sede repoſcit.
Intulit in Sanctos Franciſcum nomine Xavier,
Iſidor auget eos, Ignatius, atq; Philippus,
Deniq; concludit Faſtos hos Sancta Tereſſa.
PAX illi dignum tum TRIBULATIO Lemma tulerunt.

CCXXXVIII. VRBANVS VIII. *Florentinus*

Lilium & Roſa.

VRbanus Florentino de Germine Crêtus,
Annos viginti, undenis cum Menſibus optat,
Vigintiq; duas Ferias: huic LILIA Lemma
ET ROSA quadrabant, apibus gratiſſima ſemper.
Correxit Sacros Hymnos, Vrbemq; refecit
Pluribus extructis memorandis Ædibus à Se.

CCXXXIX. INNOCENTIVS X. *Romanus.*

Iucunditas Crucis.

Pamphilus Innocuus Romanæ gloria Styrpis,
Viginti atq; duas Ferias, Menſesq; trientes,
Ac annos denos IVCVNDE cum CRVCE ſedit.
In fame Pauperibus ſubvenit, Templa refecit.

CCXL.

CCXL. ALEXANDER VII. *Senensis.*
Montium Custos.

SEdit Alexander Senensis in Vrbe Quirina
Annis bis senis, Mense uno, tumq; Diebus
Ter quinis, CVSTOS pro MONTIBUS additus altis.
Plurima construxit Romæ, pestemq; repressit,
Adjuvit Venetos dum bellum Turca movebat,
Adscripsit Fastis Franciscum atq; Nolascum,
Illum Pontificem, Petrum Mercedis Alumnum.

CCXLI. CLEMENS IX. *Pastoriensis, ex Statu Veneto.*
Sidus Olorum.

ROspigliosus erat Clemens, (qui SIDVS OLORVM
Malachiæ dictus) regnans ætate duali,
Mensibus & senis, denis ast absq; diebus.
Hunc Venetis terris genuit Pastoria Mater,
Auxilium Venetis misit sed Candia capta
Inscripta est Fastis Carmelitana Maria
Pavia Styrps genuit, nutriit Carmelus Eandem.

CCXLII. CLEMENS X. *Romanus.*
De Flumine Magno.

ROmanus Clemens senis regnavit in Annis,
(Ac demptis Ferijs octonis) Mense triente,
FLUMINE DE MAGNO signatus Lemmate Sacro.
In Sanctos retulit Sanctorum Nomina quinque.
Sunt Cajetanus, Franciscus Borgia, nec non
Bertrandus Ludovicus, Bennitusq; Philippus,
Et Rosa Flos florum primus deductus ab Indis.
Pluraq; concessit celebrari Festa per Orbem

Ordi-

Ordine Dominici, quorum ſunt Nomina ſcripta.

CCXLIII. INNOCENTIVS XI. *Comenſis ex Statu Mediolanenſi.*

Bellua Inſatiabilis.

VNdenos Menſes, ac octo dies, duodenos
Annos, Innocuus depoſcit habere Comenſis.
Bellva Non Satiata fuit per Lemma vocatus.
Obſidio grandi Turcâ ſtringente Viennam.
Chriſtiadûm vires Flagrans armavit in hoſtem,
Rex Siam Legatos ac Anglus miſit ad Illum.

CCXLIV. ALEXANDER VIII. *Venetus.*

Pœnitentia glorioſa.

VNum Annum abſq; die ſena, Menſesq; quaternos,
Sedit Alexander Venetorum germine Crêtus.
Planctvs Glorificatvs Ei pro Lemmate ceſſit.
Adſcriptus per Eum Sanctis Laurentius almus
Iuſtinianus, Ei tres ſucceſſêre Ioannes,
Nempe Capiſtranus, Facundus, voce Deiq;.
Deniq; Paſchalis Baylon: tum pluribus auxit
Vaticanenſem de nomine Bibliothecam.

CCXLV. INNOCENTIVS XII. *Neapolitanus.*

Raſtrum in Porta.

INnocuus Pignatellus Gentis flos Partenopææ,
Annos cis Romæ regnaverat uſq; novenos.
In Porta Rastrvm ſignatus Lemmate Sacro.
Sæc.XVII. Omnibus ille Comis, Manſvetus, tumq; benignus,
PP. XI. Iuſtitiæ Cuſtos, Miſeros refovensq; pupillos.
Ætas Pontifices undenos viderat iſta,

Inno-

Innocuus plenè complevit tempora Sæcli.

CCXLVI. CLEMENS XI. *Vrbinas.*

Flores Circumdati.

VRbinas Clemens Albanæ gloria Styrpis
Vivit, Sceptra tenet, Dominus conservet Eundē,
Sit Clemens ut Sauromatis, sic Religiosis,
Quid quid agit, totum perfundat munere Pacis.
Hic verè FLORES CIRCVMDAT Lemmate digno.
Floreat & totum faciat florescere Mundum.
Vltra Malachias pergit signare futuros
Pontifices, viginti & bino Lemmate scriptos.
RELIGIONE BONA primus signatur Eorum.
IN BELLO MILES; Post hunc EXCELSA COLVMNA.
HINC ANIMAL RVRALE venit, mox & ROSA DE VMBRIS.
TVM VISVS VELOX: PEREGRINVS APOSTOLICVS: post:
INDE RAPAX AQVILA: exurgit; COLVBERq; CANISq;
MOX VIR RELIGIOSVS: erit; post BALNEA HETRVSCA.
DE CRVCE CRVX LVMENq; IN CÆLIS IGNIS & ARDENS:
RELIGIO POST DEPOPVLATA. FIDESq; VALESCENS:
ANGELICVS PASTOR: PASTOR NAVTAq; FLORVM.
FLOS MEDIVM LVNÆ: SOLISq; LABORES.
Deniq; post illos consurget GLORIA OLIVÆ.
Vltimus at Petrus Romanus Sceptra tenebit:
Pressuris magnis Mundi tribulabitur, atq;
Roma superba cadet, cultu privabitur omni.
Tunc veniet Iudex Mundi peccata revolvens;

Ver-

Verbis Malachias totum ſic claudit apertis.
Præſulibus Sanctis ſic Congrua Nomina dentur;
Martyrium triginta ac quinos intulit Aſtris,
Quadraginta quater Confeſsio Sancta coronat,
Plures ignotos Sedes cepêre Beatæ:
Sexaginta Patres lactavit Regula Clauſtri.
Triginta ac octo Benedicti Clauſtra miniſtrant:
Regulâ at Canonum ſeptenos, datq; duales
Carmelus, totidem profert Ciſtertius Ordo,
Tres dat Dominicus, profert quater Ordo Minorũ.
Vnum Magni Auguſtini producit Eremus,
At Cæleſtinus, Romualdus, cum Theatinis,
Ordine deſumptum proprio dat quilibet unum.
Illorum ſi prima petis Prænomina; ſunt hæc
Vnum ac octuaginta, niſi diſtinguere præſtet.
Martini Nomen, confuſum voce Marini.
Sex ac quadraginta nefas ſit multiplicari,
At triginta manent cum quinis multiplicata.
Tres ac viginti numerantur voce Ioannis;
Scripto præſenti binâ ſub ſorte minorant,
Tanquam illegitimi, nec Petri Munere digni,
Sex decimum quæras cognoſces Ordo quis illis.
Sunt tres ac deni Romani, ſunt duo Græci
Aſt omnes reliqui varias ſparguntur in Vrbes.
Ter quinâ ſparſim ſub voce Gregorius exit,
Roma quater profert, gignitq; Bononia binos,
Diſperſos reliquos diverſas quære per Vrbes.
Bis ſex Innocui ſunt Romani ſorte duali,

Tres Genuâ veniunt, reliqui ſparguntur in Orbem.
Bis ſenos Benedictus habet, ſed ſorte minorat
Vndeni remanent, Romani ſorte novenâ,
Diverſo reliqui traduntur Climate Nati.
Vndenâ veniunt collecti, ſorte Leones.
Quini Romani, profert Florentia binos,
Sparguntur reliqui, eſt Octavus in Ordine manens.
Vndeni Clementes, tres ex Vrbe Quirina,
Gallia dat totidem, profert Florentia binos.
Tres reliqui tandem variâ quærantur in Vrbe.
Sunt deni Stephani ſeptem ex Vrbe Quiriná,
At varijs alij de Partibus Orbis habentur.
Ter Trini Bona ſunt facientes, uſus in octo,
Sunt tres Romani, bini ſunt Partenopæi,
Tres varijs Terris, excluſus ſeptimus extra.
Octo at Alexandri, Romanus ſcribitur unus,
Sena duos mittit diverſo Climate quinque.
Octoq; Vrbani, produxit Roma duales,
Gallia dat totidem ſparſi tellure quaterni,
Sex ſunt Adriâni, nutrivit Roma trientes,
Tres reliqui variâ producti Parte manebunt.
Quini ſunt Cæleſtini, ſexti, Nicolai,
Illorum quoſvis per binos Roma miniſtrat,
At reliqui veniunt diverſo Climate Mundi.
Martini quini, Romana Matre duales,
Gallia dat binos, unum dat Tuſcia tellus.
Quinque etiam Pauli, nati tres Vrbe Quirinâ,
At reliquos quæras diverſis partibus ortos.

Quinque Pij, bini Senenſes, tres aliunde.
Bis duo Anaſtaſij Romanis mænibus omnes.
Sergius & Felix numero clauduntur eodem,
Per tres Roma tulit, varijs ex Partibus unus.
Quatuor Eugenij, totidem q; leguntur Honorii
Binos Roma parit, diverſo cardine bini.
Iulius eſt triplex, ſic Lucius, atq; Calixtus,
Vnus Romanus, duplex ſed Iulius exit.
Dicit Aretinum multorum ſenſus eundem
Ternum, ſed reliqui diverſis Vrbibus orti.
Victor habet trinos ſparſos per Climata Mundi.
Pelagius duplex, Agapetus, Bomnus, eorum
Quivis Romanis procedit mænibus ortus.
Marcellus duplex, Paſchalis, cum Theodoro,
Bini Sylveſtri, Romanus quilibet unus.
Orbis diverſi reliquos genuêre Parentes:
Diſperſi Damaſi bini ſunt atq; Gelaſii.
Quos diverſa Parens diverſis traxit ab Oris.
Aſt omnes reliqui numerum ſtringuntur ad unum!
Gentibus ex varijs collecti Culmina ſcandunt.
Vnus Iudæus ſpeciali Nomine Petrus,
Ter quini Græci, communia nomina portant.
Tres, at biſſeni ſpeciali voce vocantur.
Sex Syrij: terni communi nomine gaudent,
Tres ſpeciale tenent, Græcis jungantur in unum,
Vnum ac viginti facient: tres Africa mittit,
Binos communis, proprij ſed Nominis unum.
Quatuor Hiſpani communi Nomine cuncti.
Sex ſunt Germani communi voce legendi Galli

Galli ter quini communia Nomina portant.
Anglicus eſt unus, ſub Nomine pluribus apto.
Dalmatij bini, communis, particularis.
Vnus Belga manet communi Nomine fulgens.
Suntq; duo Sardi ſpeciali Nomine dicti.
Syculus eſt triplex, Nomen commune duobus,
Tertius illorum ſed particulare tenebit.
Romani reliqui conſurgunt Auſonijq;.
Romani ſuperant conjunctos Auſonienſes,
Centum cum quinis ſcandentes Culmina Petri:
Nonaginta tenent communia Nomina multis,
Ter quini tantùm ſpeciali Nomine gaudent,
Hos inter Comites trini ſunt Tuſculiani,
Albrici Fratres, illos comitante Nepote.
Paulus cum Stephano Fratres ad Culmina Petri
Aſcendunt poſt ſe rarò quod contigit Altrîs.
Imò Lex prohibet Fratri ſuccedere Frâtrem.
Octuaginta duo varijs ex Partibus orti
Septem Tuſcani, communi voce quaterni
Signantur, Terni ſub Nomine particulari.
Senos Paternope mittit, Florentia tantos,
Hetruſci totidem, Campani, tumq; Bononi,
Omnes collecti communi Nomine dicti.
At Pater & Natus Campani Iura ferebant.
Dant Beneventani binos, totidemq; Savona,
Hi quoq; ſignati communi voce leguntur.
Aſt Vrbes reliquæ numero clauduntur in uno.
Quinque ac viginti per ſchemata multa notatæ,

Ex his viginti communia Nomina portant,
At quinis servit Prænomen particulare
Tertius avulsus Romanis Iulius, addet
Vnam, consimili bis nonus sorte Ioannes.
Si numerum quæris cunctorum? *Summa* tenetur
Bis centum quadraginta & sex Iura ferentes;
Iam si Malachiæ subsistunt scripta Beati,
Sic bini ac viginti connumerantur Iidem,
Excepto Petro qui summat Sæcula Mundi.
Ast incerta fides, presse dum singula volvo,
Octo namq; invasores hoc Ordine ponit,
Quis scit num Dominus cunctos detexerit illi?
Anq; ultra mentem transcriptor scripserit eius?
Dempserit aut aliquid Scriptorum errore vetusto?
Discutiens numerum quisnam sit Conciliorum,
Accipe mille, tamen triginta quaterq; resectis
Illorum Centum viginti vendicat Ortus.
Vendicat Occasus restantia singula quæq;
Ex his sunt numero octodecim Generalia magna;
Octo manent Ortûs, denis Occasus abundat.
Cœtus Apostolicûs Mundum per quinq; docebat.
Centum cum septem atq; decem, præsentia firmat
Summi Pontificis, per se; vel Plenipotentes,
Quamvis à primis nusquam decesserit illa.
Quæ coniuncta dabunt Centum triginta novemq;
Viginti septem Legatis eius adhærent,
Septingenta manent reliquæ ac senariæ Partis
Quæ pro temporibus Provincia quæq; tenebat,
Actûs Legitimi, tum Legis habentia robur. His

His suffulta Fides, morum correctio facta.
Octo ac octuaginta Ecclesia Sancta recidit,
Tanquam Illegitimos Actus, Fideiq; Novercas.
Ad medium tandem spectabunt quinq; minora.
Quorum Pars accepta valet, pars altra vacillat.
Hæc si distribuas assignans Partibus Orbis,
Invenies, methodum descriptam schemmate parvo.
Centum viginti Synodi numerantur in Ortu,
Sed triginta tribus damnandus nævus inhæret.
Sunt reiecta duo partim, partimq; recepta,
Centum viginti cum quinis Romæ tenebat,
Attamen ex illis reprobare necesse quaterna,
Gallia ter Centum ac septem nixa refulget,
Hinc tamen octodecim penitus resecare necesse.
Quinquaginta unum Lybicis tractantur in Oris,
Non accepta tamen scribuntur in Ordine septem.
Septuâginta tribus florens Hispania gaudet,
Claudicat exclusis justo pro Iure duobus.
Nonaginta quater Germania protulit ex se,
His abscinde novem, stabunt Problemate terna.
Anglia cum terris, sex quinquaginta tenebat,
Ast Actus illegitimi tria mittere præstat.
Gaudent Centenis tredecim minùs Ausonienses,
Sed resecare petunt æquo de Iure novena.
Dalmatiis septem atq; decem sunt connumeranda,
Adiunctis Hunnis populis alijsq; propinquis;
At tria rescindi propria pro sorte merentur.
Est triginta quater contenta Polonia rectis,

Lan-

Lanciciæ bis ſena manent, Petricovia ſeptem
Bis numerat, Varſava tribus ſubſternitur Alma.
Aſt Vrbes aliæ cupiunt numerare per unum.
India ſola duo numerare noviſsima gaudet.
Schiſmata ſunt triginta duo, ſed grandius unum;
Quod niſi per multos Annos Conſtantia preſsit.
Græcorum remanet. nec ſpes, nec cura Salutis
Efficit, ut redeant Patris ſub Iura Quirini.
Annos ante decem Marcel ſic cuncta recenſet.
Quæ ſucceſſerunt, non omnibus omnia nota,
Sed, ſi noſſe velis, majores conſule libros.
Annum ſcire cupis quo Patres ſcripſimus iſtos?
VItimus huncce Tibi Verſus monſtrabit ad ungvem.
CLeMens ALbanVs regnantes ſtare Dat aras

FINIS.

LEMMATA
SVMMORVM PONTIFICVM
Subſequentium
Iuxta Prophetiam Sancti Malachiæ:

I DE BONA RELIGIONE. Innocenty XIII
II MILES IN BELLO. Benedykt XIII
III COLVMNA EXCELSA. Clemens XII
IV ANIMAL RVRALE. Benedykt XIV
V ROSA VMBRIÆ. Clemens XIII

VI

VI VISVS VELOX.
VII PEREGRINVS APOSTOLICVS.
VIII AQVILA RAPAX.
IX CANIS & COLVBER.
X VIR RELIGIOSVS.
XI De BALNEIS HETRVRIÆ.
XII CRVX de CRVCE.
XIII LVMEN de CÆLO.
XIV IGNIS ARDENS.
XV RELIGIO DEPOPVLATA.
XVI FIDES INTREPIDA.
XVII PASTOR ANGELICVS.
XVIII PASTOR & NAVTA.
XIX FLOS FLORVM.
XX De MEDIETATE LVNÆ.
XXI De LABORE SOLIS.
XXII GLORIA OLIVÆ.

In persecutione ultima S. R. E. sedebit PETRVS Romanus, qui pascet Oves in multis tribulationibus, quibus transactis, Civitas Septicollis diruetur, & Iudex tremendus judicabit populum. Hucusq; S. Malachias.



SERIES HISTORICA,

SACROSANCTI OECVMENICI AC GENERALIS CONCILII TRIDENTINI.

Sub Tribus Summis Pontificibus, Paulo III. Iulio III. & Pio IV. Celebrati, habens annexum Numerum, Assessorum, & aliorum Ministrorum, juxta Exemplar in Typographia Romana Anno 1674. impreßum, Summatim in Versum reducta.

Authore eodem ut supra.


Æresis in cassum Petri subvertere Navem
Nititur, exstimulans profundo gurgite fluctus.
Non sinit hanc mergi Navarichus Vela gubernans
Qui monuit portas Inferni non valituras.
Ætas nulla fuit, quæ non turbâvit Eandem
Nulla fuit, Dominus quâ non salvaverit Ipsam.
Principio Fidei produxit Tartarus hydram,
Quæ vomuit virus: Petrus sed colla recidit.
Elisit fauces alijs hac parte Ioannes.
Fregit crura Simon, Cerinthus, & Ebion audax
Compressi, fœdum Nicolai Dogma repulsum.
Quid reliquos memorem sævus quos protulit Orcus?
Sæc. Apostolorum Hæreses 7. Qui defendebant perversi Dogma Simonis.
Sæculo Apostolico Septem mala Germina surgunt.
Sæcula bina dein senserunt horrida Monstra,
Scribere cuncta pudet, refugit mens, lingva resorbet,

Erro;

Errores stolidè crassos, errorumq; Magistros,
Barbariem vocum Versus non ferre potens est.
Namq; quater denos Ætas conspexerat ista Sæc. II. & III. Hære: ses 47.
Ac octo Seductores, quos Tartarus auxit
Diversis ramis; ter trinis Gnostis abundat,
Dat totidemq; Manes productos stipite putri,
Ast hæc Doctorum compressit penna fidelis.
Ter septem Errores surgunt ætate quaterna, Sæc. IV. Hære. 21.
Arrius hos inter præ cunctis notior exit,
Atq; Macedonius, productor Pneumaticorum.
In Christi primus Deitatem plurima sparsit
Concilium Magnum compescuit Ora nefandâ,
Nicææq; Patres sanxerunt Dogmata Sancta.
Iamq; Macedonius Divini Flaminis hostis,
Dogmâ sed insanum Bizantia Mænia stringunt.
Quinta duodenos Errores viderat Ætas, Sæc. V. Hære. 12.
Eutiches hîc ortus, Nestor, cum Pelagianis,
Amplificat Felix Manichæus Dogmata prisca.
Ast Augustini Manichæos penna refrenat,
Pelagium fundit, Donati colla recidit.
Qui post Schisma furens errores amplificabat.
Ad muros Ephesi Nestor convincitur audax,
Fulmina senserunt alij Chalcedone missa.
Bis senos pariunt Errores sæcula Sexta; Sæc. VI. Hære: 21.
Omnibus os spurcum Bizantia mænia claudunt
At septena Ætate decem sunt Hæresiarchæ, Sæc. VII. Hære. 10.
Quos itidem damnat Bizanti lecta Corona.
Octo dein surgunt Hostes Ætate sequenti, Sæc. VII. Hære: 8.

Sac: IX. Nicææ Proceres exſcindunt funditus illos.
Hære: 5. Dogmata prava quater ſurgunt per Sæcula nona,
Vltra quæ Photius Græcorum Schiſmata fundat,
à Photio Concilio preſſus Conſtantinopolitano,
ad Virus at effuſum durat cum tempore quintum
Sac X II. Poſt Photium viginti & bis ſunt Hæreſiarchæ
Hær: 22. Aſt Albigenſes inſtando fortiùs urgent,
Contra quos doctus Guſmani ſermo laborat,
Omnibus at Thomas jugulum demeſſuit Enſe,
à Sa. XIII. Tam qui ſunt Nati, quàm qui naſcentur in Ævum.
ad Marti- Tempore nam quovis Eccleſia ſentiet Hoſtes;
num Luth: Nec vanè, ſenſit ter denos, atq; duales
Hær: 32. Donec Martinus virus diffunderet atrum.
Sed poſtquam venit perverſum Dogma Lutheri,
Calviniq; nefas, hoc plurima turba ſecuta,
Namq; malum ſerpſit rapidi torrentis ad inſtar,
Centum & ſex pariens pravo de Germine ramos,
Antiquos renovans Errores, jamq; ſepultos,
Quos Centum Septuâginta & ſex Hæreſiarchæ,
In mundum tumidi traxêre ex faucibus Orci.
Corrupti mores turbârunt undiq, Cymbam,
Tertia Stellarum cecidit pars, quæ hæſit in Orco.
Vnde neceſſe fuit Patres ſub ſigna vocare,
Qui premerent hoſtem, munirent Legibus Orbem.
Convocat hos Paulus qui Nomine Tertius audit,
Mantua deligitur, ſed non conceditur illuc.
Nec data per Venetos prodeſt Vicentia, tandem
Finibus Auſoniæ Cæſar proponit ad Actus

Vrbem

Vrbem condignam, quæ dicitur esse Tridentum.
Hæc igitur veniunt Patres sub mænia Lecti,
Sessio multa fuit, multis collata Diebus,
Quas Numerus dicit Viginti & Quinq; legēndas.
Debentur Tibi Paule decem, sex Iulius ursit,
At Pius in Nonis conclusit singula quæq;.

SESSIO I. *Sub* PAULO III. *Tridenti*.

ORtum Concilij stabilivit SESSIO Prima,
Indixitq; aliam paucum post tempus habendam.

SESSIO II.

VIvendi & procedendi dedit altera Normam,
Tempora designans iterum condigna sequenti.

SESSIO III.

SYmbola credendi sibi tertia vendicat apte,
Nicænum recitans, omnes adstringit ad illud.
Tempora designat proq; Actibus apta Futuris.

SESSIO IV.

SCripturam Sacram declarat Quarta teneri,
Vulgatam præfert, aliasq; repellit ab usu.
Hæc impressores constringit regula quosvis.
Tandem constituit pro Quinta tempus habenda.

SESSIO V.

QVinta docet, quid sit Crimen Originis Atrox?
Baptismus medicina datur quæ supprimit illud:
Lectio Scripturæ Sacræ decernitur, ut sit,
Concio pro Populis habeatur, non tamen illam
Quæstores faciant quicunq; Eleemosynarum.

Indi-

Indicitq; Futuram, Quam post prorogat ultra.

SESSIO VI,

POst Hanc sexta venit Statuens de Iustificando,
Sex punctis, denisq; absolvens omne tenendum.
CAPUT Ingreditur primo prohibens contra hiscere quidquã.
Esse docens hominis vires ad justificandum
1. Fractas, ac nimium peccato debilitâtas,
2. Naturam hoc Puncto minimè Legemq; valere.
Hinc dispensata Adventus Mysteria Crhisti.
3. Non tamen omnis homo per Christum justificatur
Sed quem vivificat conducens Passio Christi.
4. Impius fiat justus, describitur aptè.
Qualis erit pro tunc dum Gratia tanget eundem
5. Vnde necesse manet se ipsum disponere adultum,
Intus cor lustrante Deo, mentemq; movente.
6. Regula dispositis post hæc describitur apta.
7. Causa deinde datur, tum Iustificatio quid sit?
8. Detegitur sensus quid *nam sit justificari.*
Credendo? & gratis, numq; hoc subsistat utrumq;?
9. Pellitur inde foras Fiducia vana Lutheri.
10. Crescit at in Nobis hæc justificatio verè,
Nec vanè petimus Fideiq; augmenta, Speiq;
Deniq; crescit Amor, dum supplice voce precamur.
11. Observare Dei porro Mandata necesse,
Non impossibile hoc Nobis concluditur esse,
12. Non temerè *ja*ctandum, quòd prædestinet ad Se
Quem Deus, in vita mortali stante periclo.
13. Divinum esse probatur Persistentiâ Donum.

Qui

14. Qui cadit in crimen, lapsu reparatur ab isto.
Gratia mortali quovis amittitur Alma,
15. Crimine nonq; Fides remanet peccantibus illa
16. Hinc meritum fructum deducit justificandi.
Triginta & ternos Canonas superaddit, ut ista
De Refor: Ampliùs inculcet, damnans contraria quæq;
CAPUT Quinq; dein mores Cleri per Puncta reformat,
1. Mandans Præsulibus Sponsæ in Penetralibus esse
Assiduos, sine causa ne absententur ab Illa
2 Inferior quivis conformi huic Lege tenetur.
3 Nil speciale valet Clerum vel Religiosos
Extra degentes absolvere Præsulis Actu
4 Nec Cathedras quasvis quin, cum vult, visitet illas;
Vt delegatus Romani Præsulis ex hinc.
5 Nullus in alterius protendat limitis Oras
Pontificale Sacrum; post Sessio Septima dictá.

SESSIO VII.

SAcramenta DEI generatim Septima lustrat,
Baptismum, ac Chrisma Sacrum Canonas reponit.
Est Genus in tredecim Baptismus Maior in uno,
Sunt bis septem, tres Confirmatio poscit.
De Refor: Rectores, Cathedras, ter quinaria mēbra reformant.
CAP. I. Ortus Legitimi Prælatos convenit esse
2 Plures Præbendas teneat non ullus eorum.
3 Curati digni Pastores instituantur.
4 Privetur qui plura tenet, sit strictus ad unum:
5 Indultore tenens bona, præsentare tenetur
Illud Pontifici maturè discutiendum.

Vnio

6 Vnio per quadraginta Annos facta probetur,
Sin minus, accipiat Præsul, mox conferat altri.
7 Curata ad Claustrum, Cathedras, si unita manebunt
Visitet Antistes districtè, quolibet Anno.
Exemptas ut Delegatus visitet Ædes.
9 Intra Sex Menses promoti Sacrificentur.
Hæc Maioribus Ecclesijs est Regula compta
Dum Sedes viduata manet, vacet Ordo per Annum
10 Antistes proprius subiectos Ordinet ipse.
11 Casibus exceptis Anno concessa Facultas,
12 Ast Interstitium pleno teneatur in Anno.
Electos Præsul quosvis examinet ante,
13 Seu ad Præbendas, seu quævis Muneta Templi.
In Studio talis Generali Regula cessat
Civilis Causæ Exemptorum Legitimus sit
14 Iudex Antistes, verùm si Crimina subsint,
Vt Delegatus Papalis Iura tenebit.
15 Antistes Mendicorum omnes visitet Ædes
Octava post hæc indictâ desinet Actus.

SESSIO VIII. IX. & X. *Tridenti & Bononiæ*

ACtus ob pestem transfert Octava Bononam.
Prorogat hos Nona, in Decima stat Terminus idē
Sicq; decem atq; novem Menses, sunt omnibu s istis
Mense minus Synodus pausavit quatuor Annis.

SESSIO XI. & XII. *sub Iulio* III. *Tridenti*

POst mortem Pauli Synodales Iulius Actus
Restituit, penè suspensos quatuor Annis.
Hinc undena reassumit Decreta ferenda,

Quæ

Quæ bis sena dein sapienter prorogat ultra.

SESSIO XIII.

TErtia post Decimam docet Eucharistica Sacra,
CAPUT Decretum faciens, Membris quod clauditur octo.
1 Est CHRISTUS præsens cum Corpore & Sangvine, Sacro
Pignore, quod Nobis est Eucharistia dictum,
2 CHRISTUS id instituit quando cænavit & Ipse,
3. Hoc Sacramentum manet excelentius omni.
4. Perbellè Transsubstantiatio dicitur esse,
Ex Pane ac Vino specierum versio facta.
5. Cultus Latriæ semper debetur Eidem.
6. Est asservandum, Sanctè defertur ad ægros.
7. Præparet omnis Homo se se, dum accedit ad Illud,
Vt dignè sumat, nec sumens sacrilegetur.
8. Sumitur Hoc Pignus Sacramentaliter, atq;
A reliquis tantundem Spiritualiter: addit,
Quòd sumatur idem ratione simul sub utraq;
Vndenos Canonas decernit pro omnibus istis,
Iuraq; Pontificum definit membra per Octo.
De Refor: In quibus ut Clerum sic mores quosq; reformat.
CAPUT Præsul sit Pastor, si non vult esse Tyrannus,
1. Corrigat illius majus Decreta Tribunal,
Appellans Definitivæ jure ligatur,
Appellare nequit, quando correctio morum.
2. Primus erit Iudex semper Metropolitanus,
Post hunc Vicini. sed nequaquam inferiores.
3. Appellans Primi comportet Iudicis Acta,

Hæc Primus tradat gratis Triginta diebus.
4 Si quis deponendus erit Sacro Ordine Cleri,
Et non Pontifices adsint tunc sufficientes,
5 Supplebunt Numerum Prælati Munere digni.
Non valeat subreptio, nonq; obreptio Causis.
6 Antistes nullus moneatur, sive citetur
Vt pareat per Se stans præsens, ante Tribunal,
7 Sub quocunq; modo vadit Ius versus eundem,
Testes, contestes intacti cuncta probabunt.
8 Iudex Papa tamen Causis sit solus in istis.
Quatuor Articuli quibus Eucharistia Sacra
Definienda manet, tempus mittuntur ad altrum.
Salvum Conductum hæc concedit Sessio post hæc.

SESSIO XIV.

PLanctum pro culpis, ungendũ morte propinquũ
Quæ sequitur firmat, Leges dat moribus aptas.
Planctum membra Novem, Canones ter quinque resolvunt:
De pœnit: Vnctio terna, petit pro se, Canonesq; quaternos.
CAPVT Quatuor ac denis mores clauduntur in ulnis.
1 Planctum pro culpis fieri per cuncta necesse.
2 Hoc Sacramentum à Baptismi pignore differt.
3 Partes sunt Eius contentæ Carmine parvo:
Contere, dic culpas, facias satis: Ecce Tibi tres.
Planctus conciliat Domino Nos Omnipotenti,
Tranquillat mentem, ac internè, corda solatur.
4 Definita manet post hæc Contritio cordis.
5 Integra post illam Confessio criminis omnis.

Præ:

6 Præsbyter, Antiſtes, ſunt veri hac parte Miniſtri,
Competit ac illis quoſvis diſſolvere vinctos.
Qui tunc exercent non ficti Iudicis Actus.
7 At peccata reſervari graviora neceſſe,
Non quivis etenim potis eſt hac parte Sacerdos.
8 Vt faciat ſatis omnis Homo pro crimine juſtũ eſt,
Quod competens fiet Domino conformis IESV,
9 Munera conducunt ſed ſatfactoria Nobis,
De Extr. Vel dum acceptamus patienter juſta flagella.
Vnct. Cap. Eſt Sacramentum Domini verum Vnctio Sancta;
1 Inſinuat Marcus, promulgat at hancce Iacobus.
2 Dimittuntur Eâ remanent quæ crimina parva.
3 Præsbyter aut Præſul Sacramentũ Hoc cõferat ægris.
Hanc Sanctam Canones Doctrinam robore firmant.
De Refor. Reſtituas minimè Suſpenſum, promoveasve,
Cap. Sit niſi Prælati proprij conceſſa Facultas,
1 Hæc Interdictis deſervit Regula ſanè.
Antiſtes caveat. Titularis quemq; Sacrare,
2 Sit niſi dimiſſus proprio Paſtore volente.
3 Ordo Sacer ſtricto præmiſſo examine dandus.
4 Præſul uti Legatus Clerum corrigat omnem.
5 Ius Conſervatorium quid? tum quale docetur.
6 Clericus incedat veſtitu convenienti.
7 Ponitur in contra Mactantes Regula Iuris.
8 Non ſibi ſubiectum Præſul non judicet ullum;
9 Sintq; Diœceſes diſtinctæ limite certo.
10 Succedat poſt Religioſum Religioſus,
Vel tranſire volens ad Votum Religioſum.

11 Ordine discedens uno, qui migrat ad altrum;
In Claustro maneat, nec quærat papula sœcli.
12 Iura Patronatûs describit Sanctio iusta.
13 Præsentans proprio duntaxat Præsule coram
Præsentet; semper, dum confert Munera Templi.
14 Quod superest reliquum differtur ad Acta futura.

SESSIO XV. & XVI.

QVindecimam Salvo Conductu stare necesse,
Quæ pondus rerum differt ad Tempora certa,
Sexdecimâ tandem suspenditur omne docendum.
Menses bis senos duravit Sesio sena:
Concilium siluit, Denus dum finiat Annus,
Atq; Novem Menses volvatur Luna per Orbem.

SESSIO XVII. *Sub Pio IV. Tridenti.*

IN Septem-decima rursus decernitur Actus
Concilij Magni, suspensi tempore longo.

SESSIO XVIII. XIX. & XX.

POst hanc delectus Librorum traditur aptus,
Natio Conductu Salvo Germana vocatur.
Sesio bina sequens expectans prorogat Actus.

SESSIO XXI.

SVmendũ Corpus num sit cum Sangvine Christi,
Vltra Presbyteros, specie sub utraq; Laicis,
Anne sub alterutra dictat vigesima prima
CAP: 1. Quatuor in Punctis, Canonas vult quatuor esse.
Non adstringuntur Divino Iure Laici.
Vt sumant Corpus Christi Specie sub utraq;
2. Vt libet instituit normas Ecclesia Sancta,

Quas

Quas mutare poteſt, dum ſit ſubſtantia ſalvâ
In Sacramentis, ad quæ Communio ſpectat.
3 Integer & totus Chriſtus Specie ſub utraq;
Atq; ſubalterutra conſiſtit, crede neceſſe.
Infantes pueri minimè hæc ad Sacra ligantur.
4 Articulos binos, Canonas poſt, Seſsio differt,
Hæc eadem Mores conſvetudo Iure reformat,
De Refor. Puncta novem tradens quæ ſunt aptiſsima cuiq;.
CAPVT Conſecrans Præſul non quidquam pro Ordine ſumat,
1 Accipiat ſcribens Formatas, munera pauca,
2 Clericus obtineat victum ſibi ſufficientem.
3 Portio certa dari debet, qui Sacra miniſtrant.
4 Dum Populus multus, Rector nec ſufficit unus.
Adjungat Socium, qui ſecum Sacra miniſtrat.
5 Vnio Præſulibus conceditur in Parochias.
6 Indoctis Parochis, iungatur qui valet Arte.
7 Ædes collapſas Præſul mutare potens eſt.
8 Iura ſuper Clauſtrales ſumit Epiſcopus omnis,
Vt Delegatus Romanâ Sede Supremâ.
9 Lege arctantur Quæſtores Eleemoſynarum.

SESSIO XXII.

SEſsio declarat Sacræ Solennia Miſſæ,
Puncta novem totidem Canonas Altaribus affert,
Defectus Miſſæ Decreto quoſq; reſolvit.
CAP. I. Abſq; cruore manens Miſſa eſt Oblatio Sancta.
2 Vivis conducens, ſolvenſq; ligamine functos.
3 Miſſas de Sanctis Domino ſoli Omnipotenti
Edocet offerri, non Sanctis, de quibus Hæ ſunt.

4 Instituit Canonem Missarum Ecclesia Mater.
5 Omnia Missarum redolent Solennia Sancta.
6 Missæ privatæ communi Iure tenendæ.
7 Admiscebis aquam Calici dum Sacra ministras.
8 Insessus Celebrans populo Mysteria Sacra
9 Exponat. Canones proponunt ultima Puncta.
De Refor. Morum restituit Normas hæc Sesio rectas,
CAP. Per Capita Vndecies numeratur quid quid eis est.
1 A Clero levitas, vitiumq; excluditur omne
2 Ad Cathedras Docti sumantur, sintq; Magistri.
3 Officio pœnæ minùs attendentibus insint.
4 Vocales Cathedris stantes decet esse Sacratos.
5 Pontifices videant Dispensas quasq; locales.
6 Testamentorum mutatio quid sit? & an sit?
7 Legatus, Primas, Patriarcha, Metropolitanus,
Ad quos appellas conservent Sacra Statuta.
8 Exceptis Regum Curaq;, Patrociniјsq;,
Qui Commune tenent, Antistes visitet omnes.
9 Qui Fabricis præsunt rationem Præsulibus dent.
10 Officio quicunq; Notarius extat ineptus,
11 Hunc post Examen Præsul removere tenetur.
Qui Bona surripiunt Clerus sint? sive Laici
Spiritualia, nec reddunt, Anathema sit Illis.
Decretum tandem Calicis decernitur istud,
Quod si conveniat concedat Papa Laicis.

SESSIO XXIII.

TRaditur Ordo Sacer post Hanc in Lege recenti,
CAP. I. Quatuor in Punctis Canonas complectitur octo.

Lex nova Præsbyteros justo de Iure requirit.
2 His alij Scripturâ teste docentur adesse.
3 Ordo Sacramentum Verum est, hinc Gratia manat.
4 Hunc dant Pontifices, confirmant fronte Fideles
Vngendo, patet illorum post plena Potestas
Moxq; reformatur morum laxatio Prima.
De Refor. Octodecim Punctis conclusa est tota Reforma.
CAPVT. Ad latus omnino Sponsæ residere tenentur
1 Pontifices, nec non Curati tempore quovis.
Exceptis Causis, ac hoc pro tempore parvo.
2 Qui Ecclesijs præsunt, omninò Mense triente
Sacrari debent, nè pœnas experiantur.
3 Consecret Antistes Clerum, vel mittat ad altrum.
Si fuerit langvens, præmisso Examine stricto
4 Primaq; non Confirmatis Tonsura negetur.
5 Ortûs Legitimi, ætatis, morumq; Sacrandus
Testes deducat nec contra dictu Sacretur.
6 Anni Tonsuræ & Clero taxantur, ut illis
Præbendas capiant, discernunt jura Maritos.
7 Examen Feriâ Quintâ. vel cum volet ipse
Antistes faciat, Clerum Sacrare volendo.
8 Ordo Sacer detur dum Clerus publicus adstat,
In Cathedra semper, Majorve Æde Sacrata
9 Ad Latus Antistes retinens quem, si volet, illum
Consecrare potest, tres dum permanserit Annos,
At sustentamentum illi conferre tenetur
Ex quo tam Victus, quàm provideatur Amictus.
10 Non sibi subjectos Abbas non Consecret ullus,
Nec Dimissivas ulli concedere tentet.

Ordo qualis erit, talisq; Scientia ſubſit,
11 Aſt Interſtitium, ſervetur in Ordine dando,
12 Subdiacon viginti ac binos exigit Annos,
Vnum plus Diacon, binos plus Præsbyter urget,
Omnes hæc eadem ſtringit Lex Religioſos.
13 Subdiacon, Diacon de Vita, Moribus, atq;
In reliquis Teſtes, deducat convenientes.
Ordo Sacer Major diſtinctâ Luce dierum
Eſt dandus, nullum Indulta hac pro parte juvabunt
14 Præſbyteri vitâ Sanctâ lucere tenentur,
At ſaltu promotos diſpenſare valebit,
Quod ſi non exercuerint Myſteria, Præſul.
15 Ius Clavis quamvis Sacratus in Ordine quivis
Præſbyter accipiat, non illi ſolvere noxas
Convenit, Antiſtes concedat Iura priusquam.
16 Conſecrare vagos Antiſtes non ſinat omnis.
17 Ordo Minor Cathedris ſemper ſua munera præſtet
Hoc Exercitium *Majori conveniens eſt.*
Ad Cathedras pueri doceantur Dogmata Sancta,
18 Artes ac alias, ut poſſint eſſe Miniſtri
Ædibus in Sacris, ſpatio currente Sacrandi.

SESSIO XXIV.

NVptum deſcribit vigeſima Seſſio quarta,
CAPVT Bis ſenos Canonas condendo denaq; membra.
I Præſens ſit ſemper proprius de jure Sacerdos
Dum Sponſi nubunt, benedicens, Tres quoq; Teſtes
Ad minùs, & Bannæ præcedant, ſintq; refecti
Corpore ſalvifico CHRISTI, qui talia tractant.

Libro

Libro scribantur Testes, & uterq; Maritans,
2 Impedit hunc Actum Cognatio Spiritualis
Dirimit atq; simul: Parochus sit cautus in Istis.
3 Publicæ honestatis definit justitiam post,
4 Concubitu illicito Affines non nubere possunt.
5 In gradibus vetitis non nubere, lege cavetur.
6 Contra Raptores Mulierum pæna statuta.
7 Quiq; vagi fuerint minimè coniungito secum.
8 Sicut Adulterium, taxatur Concubus omnis.
9 Nubere non cogat Dominus qui nubere nolunt.
10 Temporibus certis non nubere, Lex renovatur.
De Refor. CAPVT Vno ac viginti Punctis stat tota Reforma.
1 Elector Populus Pastorem qui legit, ante
Supplicet ad Dominum, condignum substituatur.
2 Pontifices Synodum Sanctam celebrare jubentur,
Antistes quivis annuâtim, tresq; per Annos
Iure Metropolitanorum Provincia quævis.
3. Ecclesias Præsul quivis invisere debet,
Si nequit Annuâtim, binis ast ad minus Annis.
4. Prædicet Antistes, dignosq; ad munera tanta
Substituat, valeant populum qui Sacra docere.
5. Pontificum Iudex solus sit Papa supremus.
Crimina qui faciunt, quêis deponiq; merentur.
6. Occultam quartam Censuram cum grege Præsul
Dispensare potest, si non sit Litigiosa.
7. Mystes qui populis confert Sacra pignora Vitæ,
Lingvâ Maternâ Seriem deducat eorum,
Vt quæ percipiunt cognoscant signa Salutis,

8 Quosq; palam peccantes publica pæna sequatur.
In Cathedris maneat, Confessor Iure Magister.
9 Absq;Diœcesi contentam Visitet Ædem
Vicinus Præsul, moresq, coerceat ille.
10 Appellare cave, Dum sit Correctio morum.
11 Pontifici ut Legato Exempti subijciuntur.
12 Quales ad Cathedras sumendi ostenditur aptè.
13 Pro tenui fructu decernitur Auctio fructûs.
14 Et pro Præbendis Conventio tollitur omnis,
15 Fructus si nimium tenues sint, amplificentur.
Hoc Cathedris servit Consensus at adsit Earum.
16 Lex datur ad Cathedras quasvis pro Sede Vacante,
17 Contentus Præbendâ una sit, quilibet unus,
Si non sufficiat, simplex jungatur eidem,
Pinguia qui retinet, sex Mensibus exuat Vnum.
18 Examen Parochos debet præcedere lectos.
19 Expectativæ tanquam tolluntur inanes.
20 Iudicium Causis decernitur omnibus aptum.
21 Pro dubijs verbis sensum declarat apertum.

SESSIO XXV.

VLtima per Ferias tractatur Sessio binas.
CAP. 102 Huc Ignis purgans spectat: Sanctiq; vocandi,
Hîc Cineres, ac Ossa virûm, Veneranda jubentur,
Intrat Imago Sacras Ædes pro more tenenda.
De Regularibus Regula vivendi Claustralibus additur apta.
CAPVT Viginti Membris concluditur atq; duobus.
1. Collapsi mores renoventur in Ordine quovis,
2. Nulli Privato liceat Bona quæq; tenere,

Agros

Agros, vel fundos, reliquis ſit curta ſuppell ex.
3 Omnibus at fundos licet in Commune tener e,
4 Nullus ſit Rector, peragat nec verba ſalutis,
Sit niſi Prælati conceſſa Licentia vera.
5 Clauſuram teneant diſtrictam ad Clauſtra Puellæ,
Quam revidere poteſt Præſul, ſanctèq; tenetur.
6 Votis ſecretis quævis Electio Fiat,
7 Quadraginta Annorum eſſe Abbatiſſa tenetur.
Quodſi non fuerit, vicina parte petatur.
Nunquam præſideat Clauſuris Vna duabus.
8 Clauſtra quibus nullus major qui viſitet, adſit,
Corrigat & mores, formâ meliore regantur.
Pontifici ſubſint Legato à Sede ſuprema.
9 Regula concernit ſimilis quascunq; Puellas.
10 Quæ Confeſſores habeant dicantq; reatus,
Menſe ſemel quovis paſcantur Corpore CHRISTI
11 Aſt ubi præter Eas Animarum cura tenetur,
Viſitet Antiſtes, ſimile eſt pro parte Virorum.
12 Cenſuras Exempti promulgare tenentur
Ædibus in proprijs, dum mandat Epiſcopus illas.
13 Qui quos præcedant, Proceſſio publica dum fit,
Iudicet Antiſtes, veniant qui hac Parte tenentur.
14 Extra delinquens Clauſtralis corripiatur
Per proprium Prælatum: nolit? Præſul id adimpleri,
15 Annis bis octo completis Vota tenebunt,
Siq; ſecus fuerit, ſint nullum habitura Valorem.
16 Regula ſuſcipiendorum deſcribitur apta,
Quæ dare, quæq; minùs poſſunt, dum Clauſtra relinqunt

Nil dabit ingrediens Clauſtrum de ſorte bonorum,
Si dedit, omne ſibi reddatur regredienti,
17 Virginis intrantis Libertas, atq; Voluntas
Diſcutienda manet, vult, vel non? vota ſubire?
18 Cogens impediens vota ad quæcunq; puellas,
Cenſuris gravibus pro Facto corripiendus.
19 Invalidans Votum quinis reclamet in Annis,
Prælatus proprius maneat cum Præſule Iudex.
20 Abbas ipſe Caput, Clauſtrales viſitet omnes.
21 Clauſtralis Domui Clauſtrali præficiatur,
Intra ſex Menſes commenda ad Vota tenetur.
22 Talia compleri ſtrictè Mandata jubentur.
Vt ſint Auxilio Reges Dominiq; petuntur.

De Reform: CAPVT Vita Reformatur Cleri, populiq; Fidelis,
1 Vnum ac viginti concludunt Puncta Reformam.
Pontifices vivant Cultu, Victuq; modeſto,
Paneq; Sanctorum non ditent Sanguine junctos.
2 Hæcq; Statuta jubet cunctis in Partibus Orbis,
In prima Synodo recipi, complenda per Ævum.
3 Cenſuris modicè Paſtores condecet uti,
Mulctis Nummorum taxentur plurima facta.
4 Miſſa reducatur, taxanda ſtipendia Miſſis,
Hoc faciant dignè, Generalis, Præſul, & Abbas.
5 Debita concernat Proviſio quemq; Miniſtrum.
6 Quod Capite in quarto definit Seſſio ſexta
Omne reaſſumit, ſervari præcipit, hinc eſt
Pontificalis Honor, Cathedris deſcripta Poteſtas.
7 Lege Coadiutor iuſtâ prohibetur haberi,

Sum m

Summi Pontificis Consensus cuncta resolvat.
8 Hospitij Leges statuuntur ad omnia Sanctæ.
9 Iura Patronatûs definit & explicat aptè.
10 Iudicij Delegatos designat habendos.
Eligat Hos Synodus, vel Præsul sorte quaternos.
11 Num fieri possit? qualisq; Locatio Fundi
Edocet hoc Puncto constringens tempora certa.
12 De Decimis statuit, Parochi pro posse juventur.
13 Omnes Iure suo Quartam pro Funere solvant,
Anni Quadraginta iuvant hoc Munus in Vsu,
Si qui solvebant Synodus quàm facta Tridenti,
Solvere debebunt, plenis cum Iuribus illam.
14 Pellitur à Clero damnatus Carnis abusus,
Quem lucere decet, Vitâ sine crimine mundâ.
15 Arceantur Nati Præbendis Præsbyterorum,
Quas regit ipse Pater, Nato Nil cedat ab illis.
Hæc illegitimis tantundem Regula servit.
16 In simplex nunquam vertatur cura salutis.
17 Regibus Antistes modicè servire docetur,
Sit memor Officij, non se demittat ad Ima,
Nonq; loco cedat Regum cuicunq; Ministro.
18 Sacrati Canones strictè teneantur ab Omni.
19 Pœna datur quicunq; volunt certare Duellis.
20 Libertas Cleri servetur ab omnibus æquè,
Hoc Reges curent per se, fidosq; Ministros.
Et servent Canones populis exempla daturi.
21 Nullum Concilij Decretum derogat ex se
Summi Pontificis Iuri, est Ei salva Potestas.

CONTINVATIO SESSIONIS XXV.

SS.1&2 COntinuat reliquos Actus Lux Craſtina rerum.
Huc venit Indulgentia, delectusq; Ciborum,
Atq; dies Feſti, nec non Iejunia Sacra,
3 Index Librorum, Cathechiſmus, cum Breviariis,
Confrontanda manent Miſſalia, traditur Omne
Credere quod populis Romana Eccleſia dictat.
4 Iamq; Oratorum locus haud præjudicat ulli.
5 Concilium Præſens ut ſuſcipiatur ab Omni.
6 Tum recitanda manent Paulus quæ, & Iulius urſit.
7 Auxiliantè DEO Synodus concluditur Alma.
Hinc proclamatur Patribus Benedictio Sancta.
Hæreſis é contra maledicitur Omnia turbans.
Ac poſt, Concilium confirmat Papa Supremus.
Hæc confecta manent Annis concluſa duobus.
Ter trinis Annis poſtquam eſt indictio facta
Concilium ſiluit, nullos intravit in Actus,
Motus Regnorum, peſtes, ac bella vetabant,
Pluraq; defuerant tractandis commoda Rebus,
Vt tamen incepit, proceſsit in Vrbe Tridenti,
Ob peſtem tandem translatum eſt uſq; Bononam.
Mors Pauli vetuit curſu procedere cæpto;
Iulius Electus rurſus poſt quatuor Annos
Acta reaſumpſit, Patres ſedêre Sacrati.
Sed mox ſuſpenſum ſiluit per tempora longa,
Pontifices bini caruerunt tempore juſto,
Quartus abinde Pius Synodum reduxit ad Actum,
Quæ ſiluit denis Annis & Menſe noveno

Sic

Sic igitur constat, sederunt quatuor Annis,
Mensibus & septem Pastores Iura ferentes.
Annos octodecim consumpsit Finis & Ortus.
Viginti & septem numerare Indictio poscit.
Hic sedêre Patres variis ex Gentibus orti,
Germani, Ausonii, Galli, Bætiniq; bibentes,
Græci, Hunni, Sveci, Lusitani, atq; Poloni,
Illyrici, Flandri, Britanni, Marcomaniq;,
Sycilii, Sardi, Irlandi, fortesq; Croatæ.

Primarū Sessionum Tridenti Patres.

Congressu primo cui PAVLVS Tertius Author,
Purpurei Patres Legati Munere sunt Tres,
Non Legatorum tenuerunt Iura Duales.
Pontifices Sancti Vndeni, quibus additur Archi.
Septuâginta dein, qui Particulâ hacce carebant.
Quos inter fuerant bis septem Religiosi.
Vnum Carmelus, tres profert Ordo Minorum,
Denos Dominicus pugnaces armat in Hostes,
Pontificum Procuratores claude duobus,
Abbates seni, Generalibus Ordinis heptas,
Iuris Doctores octo, nonusq; Magister.
Theologus de Clero undeni connumerantur.
Gusmani soboles bis sena sorte meretur,
Iungas Pontifices, Procuram, cum Generali,
Tres ac viginti numerabis ab ordine missos.
Regula Francisci bis ac triginta ministrat,
Octodecim Mitris coniunctis Nudipedes sunt.
Conventus tredecim numerat cum Præsule Patres,
Ast Vno contentus erit strictissimus Ordo.

Magni

Magni Auguſtini denos producit Eremus;
Albatos iungens, Generalemq; adde quaternos;
Servitæ ſeni, undenis Carmelus abundat.
A IESV bini, Cantores reſpice ſenos,
Curſores binos, bis ſeptemq; Officiales,
Præſulibus demptis reſtabunt ſorte noveni.
Sex Oratores Regum, Capitaneus unus,
Sicq; locum retinens, Adſtantes Ordine Trino;
209 Sunt omnes Numero Centum bis atq; novem
Sint niſi bis poſiti, quos decurtare neceſſe.
Relii 89 Octuâginta novem numerabis Religioſos.
Secundarum Seſsionum Bonon. Patres. Aſt alius Numerus deductus in Vrbe Bonona.
Bini Legati quos tinxit murice Roma,
Octo Pontifices Maiores, iamq; Minores
Sexaginta novem, undeni de Religioſis.
Abbates terni, Generales Ordine ſeno,
Pontificum Procuratores ſorte duali.
Tres Profeſſores Inſignes Theologiæ,
Quorum unus Socius IESV, duo de Laterano.
Denos Doctores Guſmani Cluſtri miniſtrant,
Hos ſi Præſulibus iungas, aliisq; Miniſtris,
Omnes octodecim deſcriptos enumerabis.
Septem tumq; decem miſit Franciſcus Alumnos.
Septem Nudipedes numerantur cum Generali,
Pontificesq; duo, Conventus ſiſtit in octo,
Clauditur in Numero poſitus Generalis eodem.
Magni Auguſtini bis quinos duxit Eremus.
Seni Servitæ, Carmelus quatuor urget,

Eſt.

Estq; unus Minimus, bini sunt Hieronymitæ;
Montis Oliveti Præsul deducitur unus.
A IESV bini, Salvatrix Insula simplex.
Iuncti Pontifici deni sunt Officiales,
Seni Cantores, scripserunt Acta duales,
Bini Cursores, Legatos accipe Regum
In trino numero, iungas ex Nobilitate,
Atq; Magistratu diversæ Classis Alumnos,
211 Sexaginta & tres in Summa conglomeratos;
Reli. 66 Bis centum undenas Personas enumerabis:
Sexaginta & sex hos inter Religiosos,
Quidam sederunt, quidam non Vrbe Tridenti.
Tertia Classis erat rursus collecta Tridenti,
Tertiarũ Sessionum Patres. Iulius ut iussit suspensas sumere Voces,
Cum Patre Purpureo Legati trina ministrant.
Ast hac sorte carens Romano murice tinctus,
Ipse loci Præsul privatim Iura ferebat.
Pontifices, Electores tres Cæsaris, & sic
Sunt benè iuncti alijs undeni, Græcus at unus,
Qui fidei normam recitavit in Vrbe Tridenti.
Quinquaginta & sex numerantur sorte Minores,
Bis seni fuerant hos inter Religiosi.
Nudipedes Terni, Gusmanâ prole quaterni,
At quini reliqui diverso ex Ordine sumpti.
Abbates trini, numerus Generalibus idem,
Pontificis jussu Doctores Ordine bini
Ex Socijs IESV, septem dat Cæsaris Aula,
Illos Vngariæ totidem Regina ministrat.

Procuratores Patrum duo Purpureorum,
Imperij Sacri Electorum quinque fuerunt.
Aulas Pontificum deni comitantur Alumni.
Vndenos alios hoc ponit Nomine Clerus.
Proles Gusmani senos hunc misit ad Actum,
Ast alijs junctos quinos numerato decemq;.
Regula Francisci Fratres bis octo ministrat,
Octo Conventus, totidemmet Nudipedes sunt,
Præsulibus mixti Doctores hîc numerantur.
Bis quinos Augustini deduxit Eremus,
Senos Carmeli profert Mons, Hieronymus tres,
Hunc inter Numerum miscebitur Infula fulgens.
Regum Oratores Ter Trini, Nobilitasq;,
Deniq; sex fuerant in Concilio Officiales;
215 Omnes bis Centum ter quini connumerandi.
Quinquaginta novem numerantur Religiosi.
Vltimarum sessionum Patres. Iam qui Concilium concludunt enumerentur.
Purpureos Patres septem Pius ordinat Almus,
Qui Legatorum gesserunt Munera dignè,
Non Legatorum juncti sunt Munere bini.
Debetur Magnis Patriarchis trina Corona.
Pontifices triginta & tres, quos Pallius ornat.
Bis Centum triginta & septem alij, unus eorum
Ad Patriarchalem Bizanti scandit Honorem.
Sex ac ter deni desumpti ex Religiosis.
Bis sex Abbates, Generales claudis in octo.
Vndenos Benedictus habet, transmittit Elias
Carmelo bis sex, quinos Cistercius Ordo,

Sunt

Sunt Auguſtini bini, & triginta ſequaces;
Albati quini, reliquos ſubmiſit Eremus.
Quadraginta & ſex Franciſci Clauſtra miniſtrant.
Et ſunt Nudipedes viginti, Major in uno
Conventus, quinos genuit ſtrictiſsimus Ordo.
Quatuor à IESV, tres per ſe, quartus ad illos
Tranſiit à ſæclo; Minimis eſt Infula Major,
Quæ commiſcentur multis & Religioſis.
Servitæ bini, Melitenſes ſorte duali,
Vnum ſed Salvatoris dat Regula Sancti.
Guſmani Soboles numerat plùs omnibus iſtis,
Non junctum ſumptis, ſed quovis parte ſeorſim.
Quinquaginta duos ducens ſub Tecta Tridenti.
Senos ex illis Cruciatus Pallius ornat,
Strinxit ſeptenis ac denis Iuſula frontem,
Viginti atq; novem Doctores cum Generali;
Quem poſt Concilium veſtivit Murice Roma.
Cæſaris Excelſi, Regum, Statuumq; Potentûm,
Septem cum denis Legati, Clerus, & Enſis.
Pontificum Procuratores undecies ſunt,
Doctores Legum ſuffecti ſorte quaternâ.
Theologos Summus ſeptenos Papa miniſtrat.
Hos ſuperat Denis Hiſpani Curia Regis,
Sunt ſeptem atq; decem, bis ſeni Pariſienſes,
Quatuor at Luſitanus Rex miſerat illos.
Vnum Dux Bavarus, viginti cumq; duobus
Pontifices ducunt, ſunt quatuor Officiales,
Quos numerare vales: eſt Commiſſarius unus,

Vnus depositi Custos, unusq; Magister
Orandi, unus erat sub quo secreta latebant.
Terni scribentes, cantabant Sacra noveni,
Cursoresq; duo, facientes Munera sveta.
Adstantem clarâ conjungas Gente Marinum:
Quingentos poteris demptis numerare quaternis.
Centum septuâginta tamen sunt Religiosi.
Hi permanserunt ad finem Conciliandi,
Et subscripserunt Legati sorte quaterni,
Purpurei Patres bini, tum tres Patriarchæ
Pontifices viginti ac quini Muneris ampli,
Centum sexaginta Minorum Nomina scripta.
Abbates septem, Generales nomine septem,
Procuratores pleni triginta novemq;,
Sunt omnes bis Centum quinquagintaq; quinq;.
Sed libet ac alios Patres conscribere Magnos,
Quamvis non fuerint præsentes Vrbe Tridenti:
At sua Concilium multùm momenta juvabant.
Purpureos Patres Paulus, qui Tertius audit,
Ordinat, ut Romæ Synodi specialia tractent.
Septem sunt primi, totidem pro sorte secunda,
Tertia plus Trinis, totidem & quarta redundat,
Vndenos sed quinta petit: dat Iulius octo,
Quinq; Pius statuit, sunt omnes enumerandi
Quinquaginta octo, hos inter duo Domicani.
Pontifices binos Paulus coniunxit eisdem,
At Pius ad Numerum subiungens addidit unum.
Et sic sexaginta unus numerantur Iidem.

Paulus Purpureos Legatos misit ad Aulas
Tèrnos pro prima, senos pro sorte secunda,
Ast unum solum deposcit tertia missum.
Legatos qui Præsideânt in Conciliando
Tres Paulus primâ, binos pro sorte secunda;
Misit Purpureos, sed tempus facta negabat.
Ad varios Reges Legatos misit Is Idem
Paulus Pontifices, Ordo sit primus in octo;
Alter vult totidem, senos sed Tertia Clasis;
Octoq; quarta petens, undenos quinta reposcit.
Iulius hos mittit septenos, at Pius illos
Septem tumq; decem varias dimittit ad Aulas.
Sexaginta manent cum quinis enumerati.
Vnicus hos inter Gusmano Germine surgit.
Concilio Paulus dat quinos Theologorum,
Tres sunt Gusmani, binos produxit Eremus.
Elegit Paulus bina pro sorte Ministros
Tres, quibus iniunxit, Legatis scribere pasim,
Viginti Pius ac ternos elegit, at inter
Hos omnes, Sanctum speciali Iure Nepotem,
Quem tandem placuit Sanctorum adscribere Fastis,
Sub Paulo Quinto, Mirácula multa patrantem,
Carolus Is fuerat Millanus in Ordine Præsul.
Hoc etiam Numero Gusmanus constitit unus.
Tres etiam Cæsar Legatos misit ad Iddem,
Sic omnes scripti septem ac triginta manebunt;
In Summam Lecti, Centum Octuagintaq; quinq;.
In pleno Numero Viginti cumq; Novenis,

Supra millenos trecentos enumerandi.
Quadringenti tumq; quater sunt Religiosi:
Centum bis octo Gusmanæ gloria Prolis.
Sed minui Numerus potis est si respicis intus,
Quòd vicibus multis unus sit lectus ad Iddem,
Officium, vicibus repetitis Iura tenendo.
Sicq; Ducentis subductis atq; novennis
Ac tandem Patribus viginti connumeratis,
Per se Personæ Centum cum Mille manebunt,
Quàm fuerint Digni monstrat distinctio Vitæ,
Ascendunt seni Summi Ius Pontificatûs.
Ter Denos vestiit cum quinis Purpura fulgens
Sessores: tres nec non viginti Munere functos
Legati, tinxit fulgenti Murice Roma.
Ad Patriarchatûs provecti Culmina trini,
Tres ac viginti Doctores Infula cinxit
Centum quadraginta quater Mors subripit atrox,
Concilium Magnum quam terminet Acta Tridenti.
Cætera scire volens Abbatem Iustinianum
Consule, qui Vitas se scribere fassus eorum.
Iam qui Concilium scriptis lustrâsse docentur,
Septem ac quadraginta manent, tam Religiosi,
Quàm Magni Pastores Purpureusq; Senatus,
Dominici Soboles produxit sola Trientes
Pontifices dignos, Præfectos atq; Palatii.
Historiam triginta unum scripsisse fatendum,
Quos inter Soboles Gusmani computat unum.
Ter Trini Iuris Consulti, de quibus unus

Gusmanæ prolis, dignus numeratur Alumnus.
Bis sex ex alijs numerantur Religiosis.
Centum sexaginta & sex collegit in unum
Author quem sequimur Nos, Abbas Iustinianus;
Purpureos Patres condignos Munere tanto,
Ad quos Roma potens defert Interpretis usum.
His tamen adnumeres tres Patres Dominicanos.
Quatuor ex alijs desumptos Religiosis.
Quatuor ac demum subdas Secreta tenentes,
Quos Author novit clausitq; Volumine Libri,
Sed plures addet tempus per Sæcula currens,
Hinc Ego non ausim paucis his addere plura:
Sic breviter descripta Patrum collecta Tridenti
Tota Corona manet Doctorum, Pontificumq;,
Quam sic Collectam gratanter suscipe Lector.
Aut fac quid melius, Nos Te laudabimus omnes.

FINIS.



Quo-



Quoniam in Concilio sæpiùs fit mentio Cantorum ad quos Musica spectat, Ideo sit:

Discursus de Ortu Musicæ ab Eo qui supra.

FAllax notificat nunquam res Fabula Mundi,
Solum vera tenet quod dictat Spiritus Almus,
Scripturis Sacris referans primordia Rerum
Gentiles temerè jactant se Germine crêtos
Divorum, Nati mortali semine cuncti,
Quid quid agit dicens non verum Græcia mendax;
Audet in Historia pro veris falsa reponens.
Regnorum Series descripsit Pagina Sacra,
Græci Scriptores illas scripsêre priusquam;
Artes debentur cunctorum Protoparenti,
Quas hausit capiens primæ spiracula Vitæ,
Tradidit has Natis, post excoluêre Nepotes:
Inde petenda venit Rerum noscentia vera.
Tempora Diluvij post magni Sanctus Abramus
Sydera conspiciens, docuit cognoscere Mundi
Ex his Authorem, Claldæa Idola fuganda.
Artes Egyptus per eum deduxerat ad se,
Carmine fit celebris Moyses, quod liber Iobi
Testatur, culto conscriptus Carmine totus.
Composuit David psallendo Carmina multa,

Suc-

Succeſſit Salomon, complectens plurima verſu;
Hinc vulgata manet Mundi per Regna Poëſis.
Naſcitur ac tandem Verſu celebrandus Homerus,
Qui Primus Græcis concinna Poëmata ſcripſit,
Anno mun- Annorum quarti Milleni ſorte fluente,
di 3150. Centum quinquaginta ac mille fluentibus Annis,
Genbran: Hac licet Arte Fides non paucos Græca recenſens
ex Ioseph: Enumeret, verùm Ioſepho teſte Fideli,
Lib. 1. Id quod ſcire datur Græcis invexit Homerus.
con. Ap-ptonem. Heſiodus numerans Divos Divumq; Parentes
Anno mun- Annis plùs Centum ſequitur, Succeſſor Homeri,
di 3280. Mox & Olympiades trigeſimus innuit Annus,
A quibus Hebræi Graios Res ſcribere certas
Contendunt, falſis implentes antea Chartas.
Ter denis poſt hæc conduntur mœnia Romæ,
Anno Sed poſt quingentos primum genuêre Pòëtam,
3356. Livius hic fuerat, poſt Ennius additus illi.
Enumerant Græci Sapientes Nomine ſeptem,
Quarti Milleni medium dum tranſilit ætas,
Mox Vates Lyrici, tandemq; Tragædia nata,
Materies Cytharis aptiſsima ſurgit ab illis,
Hiſtoriam primus qui ſcripſerit Herodotus ſit,
3730. Quarti Milleni poſt ſeptem Sæcula fluxa.
Hiſtorias dudum præceſsit Muſica plectri,
Hanc Graijs Terpander, Ariſtoxenq; miniſtrant,
3469. Bis Centum Herodoto Maiores ampliùs Annis.
Claruit in Sophia Socrates, Docti ore Platonis
3730. Crevit, Ariſtoteles celebratur Summus in illa,

Mox alij plures doctis fulsêre Palæstris;
Partus Isocraticæ lingvæ est Oratio culta,
Dilatata manet fluidi Demostenis arte.
Septima post quarti milleni Sæcula fluxa:
Proch quantum studijs effluxit tempus inane!
Vnde peti debent cunctorum cognitiones,
Ad fontes proprios series revocanda sciendi,
Inde fit Historiam quòd miscet Fabula sæpe.
Audieram nuper, fabris quo Musica debet
Ortum principiumq; suum, dum Malleus arte
Percutiens ferrum, sonitus producit in æquos,
Hos imitata sonos formavit Musica plectrum,
Testes inducti varijs Authoribus ibant.
Credere sed nequeo Scripturæ sensa secutus;
Iubal primus erat Citharizans, Organa pulsans,
Ex Olda genitus Lamechi conjuge prima,
Altera Sella fuit, nam duxit insimul ambas.
Ex hac prognatus Tubalcain Author habetur
Artis Fabrilis de germine tractus Adami,
Octavusq; fuit, protunc vivebat Adamus,
Milleni primi decurrens Sæcula nona.
Sunt ergo Authores illi malè conijcientes,
Nec benè Majoris tribuunt inventa minori,
Ad minùs æquali, potior contrarius usus.
De lana Molli dum nectit fila Nóéma,
Ipsa Soror Iubal, modulatur voce Canorâ,
In Cythara Iubal, concentus exprimit ejus.

Altiùs ac tandem deduco quod prout Enoch
Temporibus compar placabat Numina cantu,
Quem gregibus mixtum mulcebat Tibia ſuavis,
Vt mos Paſtorum Setho deductus & Ablo,
Quos delectat uter ſufflatu, aut Tibia voce,
Impia progenies Calroi de germine Nata,
Ad modulos vocis traxit modulamina plectri.
Quæ numeris diſtincta ſuis concinniùs ibant.
Muſica principium debebit abinde Poëtis,
Artibus in ſeptem teſtis connexio vera,
Hinc modulos vocum concinnat docta Poëſis,
Quà pius uſus erat placando Numina Paſtor.
Vtq; DEVM juſtus laudavit voce ſonorâ,
Sic modulis plectri ſibi laſcivivit iniquus.
Temporis acceſſu, Moyſes dum Carmina cantat
Tympana percutiens reſonat pia vota MARIA,
Sancta Soror Moyſi, teneris comitata puellis.
Inde ſuas Artes traxerunt Siæcla canendi.
Dum David Victor Iudææ tecta ſubintrat,
Tympana percutiunt plectro reſonante puellæ,
Mille Sæclis, David percuſsit Millia dena.
Tandem Rex David Citharizans plectra reduxit
Ad cultum Domini, modulans penetralibus Arcæ.
Pacificus Salomon Sacras traduxit in Ædes
Tempore quo Vates primus cantatur Homerus.
Terpandrũ Græci memorant, quo Muſica ſurgit,
Poſt, Lyricos addunt, Romani ſenſa ſequuntur.
Græcorum, quibus eſt Celeberima Muſica plectri,

Addidit hanc Scænis Victricis gloria Gentis.
Attamen imperfecta fuit, nam pluribus illam
Auxit posterius tempus, per signa reperta,
Author Aretinus cantandi Gvido Notarum,
Dat voces modulis Cantûs Vt, re, mi, fa, sol, la,
Anno Christi 1024. Tempore quo Christi volvuntur Sæcula dena.
Et sic perficitur, perfectior estq; futura,
Tempora dum current, Tempus dum curret in ævũ.
Si rectum sensum dicendi pandere præstat,
Angelicæ Turbæ circumstant voce canentes
Ante Dei Tronum, resonant modulamina plectris,
Hoc faciunt Sancti tellus quos misit Olympo,
Organa percutiunt, Cytharizant, teste Ioanne.
Inde Melos pulchrum descendit, Musica nata
Sedibus Ætheriјs, sufflavit corda piorum
Ad Laudem Domini cantandam vocibus altis,
Plectris, atq; Lyris, Cytharis, fi libusq; canoris,
Dum non æqua tonis resonat Charmonia pulchris.
Hinc DEus Omnipotens, non Faber Musica plectra
Instituit, Sanctos inspirans tempore quovis.
Musica delectat Cælos, sed Tartara planctus
Ingeminant, lugent stridores dentibus edunt.
Sit nisi Græca fides potior, quàm pagina *Sacræ*
Scripturæ, juxta quam credere cuncta necesse.

F I N I S.





